INSIGNIA ACADEMIAE HARVARDIANAE CANTAB: NOV: ANGLIAE
VE RI
TAS
The Gift of
Mary Bryant Brandegee
in Memory of
William Fletcher Weld
HARVARD COLLEGE LIBRARY

PTOLEMAEI EORDAEI,

ARISTOBULI CASSANDRENSIS

ET

CHARETIS MYTILENAEI

RELIQUIAE.

PTOLEMAEI, ARISTOBULI

ET

CHARETIS

RELIQUIAE.

PTOLEMAEI EORDAEI,

ARISTOBULI CASSANDRENSIS

ET

CHARETIS MYTILENAEI

RELIQUIAE.

EDIDIT

JANUS GERARDUS HULLEMAN,

PHIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. DOCT.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD VAN DORP & HERINGA.

MDCCCXLIV.

Ex typographeo E. J. L. Fuhri.

VIRO AMICISSIMO,

BARTHOLDO JACOBO LINTELO DE GEER,

PHIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT.,

S. P. D.

JANUS GERARDUS HULLEMAN.

Si qui forte sint, mi Geeri, qui cur ad te potissimum hunc libellum miserim demirentur, ii aperte se ignorare probant, quam firma communium studiorum intimaeque familiaritatis vincula nos et quondam in Academia Rheno-Trajectina junxerint, et hodie constrictos teneant; ignorant etiam, quam multa tu mihi officia tum universe

in literarum studiis, tum in hac disputatione conscribenda praestiteris. Sextus jam agitur annus, ex quo, tuo pariter atque Heusdii *τοῦ μακαρίτου* hortatu incitatus, ad veterum Historicorum studium me convertere coepi, eo quidem consilio, ut, idoneo undique testimoniorum et fragmentorum apparatu collecto, ederem aliquando *criticam,* quam vocant, *Historicorum antiquorum historiam.* Quem juvenili ardore, ne dicam temere susceptum laborem si tandem perfecero, quod tamen, ut vera tibi fatear, in immenso hujus argumenti ambitu et difficultate paene inexsuperabili etiam atque etiam inque dies magis dubito; — sed si perfecero, id pro bona parte tuae me debiturum operae, quid dissimulem? tuae, inquam, qui grave meum in hac urbe, studiorum subsidiis parum affluente, multorum librorum desiderium, quum tollere nequeas, quo potuisti modo minuere et lenire haud unquam desieris. Quam suavissimam tuam in me benevolentiam quum tantam esse palam profitear, utique equidem, si has *Ptolemaei*, *Aristobuli et Cha-*

retis Reliquias ad te mitto, non magis necessitudinis nostrae firmum tibi tradere pignus et velut monumentum ponere videar, quam reddere partim accepta, partim grati mei animi certissimum impertire testimonium.

Ceterum, quamvis non admodum multa, sunt tamen quaedam, quae de hoc libro tecum communicanda habeo. Ptolemaeum et Aristobulum, Arriani fontes longe principes, cur peculiari *συντάγματι* conjungendos meaque cura dignissimos judicaverim, neutiquam te fugiet, ubi tum argumenti, quod tractarunt, gravitatem reputaveris, tum vero laudes, quas suis uterque commentariis inter ceteros Alexandri scriptores meruisse feruntur. Ut enim nulla facile res antiquo aevo magnificentior fuit et illustrior, nulla hominum animos magis in sui admirationem abripuit; ita nullam etiam plures nactam fuisse concedes, quorum scriptis celebraretur, quam illam Alexandri Macedonis in Asiam expeditionem. In ipso amicorum numero, quos ex Europa secum duxerat Alexander itineris comites ac socios laborum, sive bellica virtute

seu literarum laude claros viros, haud pauci exstitere, qui, quibus ipsi interfuerant, pro suo quisque ingenio consilioque conscribentes, tantarum rerum memoriam propagare ad posteritatem studerent. Hinc consentaneum est varios prodiisse de Alexandri rebus gestis commentarios, alium, ut fit, alio oratione et forma, sed in primis veritate narrationis et fide praestantiorem. Namque hic, neglecto omni stili nitore, satis duxit in diariorum fere modum singula itinera, singulas pugnas et victorias, singula omnino facta notasse; ille narrata sermonis etiam munditie orationisque elegantia commendanda esse putavit. Fuere qui Regis, fautoris sui atque amici, res gestas perscribentes nihil non exaggerare et mortuo etiam adulari, quam omni studio posito prodere vera mallent; fuerunt item, non dico consulto mendaces, sed stupendae levitatis et credulitatis homines, qui fabulas avide sectantes mira omnia venditarent et, nil fere nisi monstra somniantes et portenta, falsa veris misere commiscerent; fuerunt tandem, sed paucissimi reperti sunt, qui, uni-

verse saltem gratiae fidem, gravia pusillis anteponentes, prae aliis servirent narrationis veritati et, ut quaeque accidissent, satis candide scripto mandarent. Atque his melioris notae scriptoribus quum de communi omnium sententia Ptolemaeum et Aristobulum accenseri scias, non admodum mirabere, mi Geeri, quid mihi persuaserit, ut de illorum commentariis quae superesse fragmenta videram colligerem diligenter et, Arriani excerptis addita, in unum corpus redigerem. Accedebat, quod de Aristobulo nemo quisquam accurate dixisse, de Ptolemaeo Geieri commentatio, quae prodiit Halis Saxonum a. 1838, non omni ex parte satisfacere videbatur. Mitto disputationem *de vita Ptolemaei, moribus atque institutis*, generatim docte et enucleate scriptam; sed qui locus *de Ptolemaeo* agit *Alexandri M. rerum scriptore*, in eo ad accuratam et plenam argumenti expositionem plurimum desiderabis. Quid? quod «*loci angustiis prohibitus*» fragmenta Ptolemaei, quae utique in ejusmodi disputatione jure exspectaveris, commentationi

ille suae non addidit, in Indice fragmentorum alia non indicavit, alia ad Ptolemaeum Lagi f. falso retulit. Quae tu quidem non eo consilio a me dicta putabis, ut vituperando Geierum de hujus laudibus quidquam detrahere simulque mihi aliquas parare cupiam; odi vanam istam arrogantiam et inanem gloriolam, aliorum vituperio quaerendam; tibi tantum rationes reddidi, cur de Ptolemaeo etiam post Geierum disceptare operae pretium esse duxerim. Nec dubito quin Vir Doct., modo seriorem in annum premere commentationem vel voluisset vel potuisset, multis de rebus, abjecta vetere sententia, in alia omnia abiisset, quaedam autem, quae ejus libello nunc desunt, iterata cura, supplenda vidisset. *Κἀν βροτοῖς*, ut ajunt, *αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.* Quod quam verum sit, re ipse saepius expertus sentio allatoque vel ex hac mea de Ptolemaeo disputatione exemplo, quod huc quodammodo pertinet, statim tibi probabo.

Si igitur mecum evolveris paginam 6, quo loco Satyri scriptoris fragmentum laudavi de genere Ptolemaei, frustra

me exquisivisse leges, unde illud Eudocia petitum iverit. Quod quum scriberem, *Analectorum Alexandrinorum*, quae nuper Meinekius Vir Celeb. edidit, vix aliquot inspexeram paginas; quippe elegantissimum et reconditae doctrinae plenum opusculum si perlegissem, certiora in literas referre potuissem. Profert enim Meinekius p. 346 locum ex libro Theophili ad Autolycum II. 7, qui unde sua deprompserit Eudocia arguit evidentissime. Ad illam autem commentationem quoniam fortasse tibi non continuo patet aditus, fragmentum Satyri lubens in hanc epistolam includam, adscriptis Meinekii conjecturis, quibuscum meas mirifice congruere vehementer gaudeo. *Λέγει οὖν ὁ Σάτυρος οὕτως· Διονύσου καὶ Ἀλθέας* (leg. *Ἀλθαίας*) *τῆς Θεστίου γεγενῆσθαι Δηϊάνειραν, τῆς δὲ καὶ Ἡρακλέους τοῦ Διὸς οἶμαι Ὕλλον, τοῦ δὲ Κλεόδημον* (leg. *Κλεοδαῖον*), *τοῦ δὲ Ἀριστόμαχον, τοῦ δὲ Τήμενον, τοῦ δὲ Κεῖσον*[1], *τοῦ δὲ Μάρωνα, τοῦ δὲ Θέστιον, τοῦ δὲ*

---

1) De hoc nomine, quod itidem tetigi p. 6, sic monet in nota Meine-

Ἀκοὸν, τοῦ δὲ Ἀριστομίδαν (leg. *Ἀριστοδαμίδαν*), *τοῦ δὲ Καρανὸν, τοῦ δὲ Κοινὸν, τοῦ δὲ Τυρίμμαν, τοῦ δὲ Περδίκκαν, τοῦ δὲ Φίλιππον, τοῦ δὲ Ἀέροπον, τοῦ δὲ Ἀλκέταν, τοῦ δὲ Ἀμύνταν, τοῦ δὲ Βόκρον, τοῦ δὲ Μελέαγρον, τοῦ δὲ Ἀρσινόην, τῆς δὲ καὶ Λάγου Πτολεμαῖον τὸν καὶ Σωτῆρα.* Plura ut ex hoc Satyri loco describam nunc non opus est. Hoc vero animadvertas velim, felicissime me conjecisse, quum in verbis Satyri, quo modo apud Eudociam leguntur, aliquos omissos suspicarer Tyrimmam inter et Alcetam atque Amyntam. Jam enim *Perdiccae*, *Philippi* et *Aëropi* nomina ex Eudociae loco, cujus immemor fuit Meinekius, excidisse cernes, collatisque Dexippo et Eusebio, etiam apud Theophilum nomen *Argaei* ante Philippum deësse non dubitabis. Cf. Clinton. p. 237. Hinc igitur profectus, generis propinquitatem, quam inter Alexandrum et Ptolemaeum intercessisse ferunt, ita constitues,

---

kius: « Cod. B *Κεῖστον*. Scribendum *Κίσσον*, quem vero propius *Κίσσιον* vocat Eusebius ex Diodoro et Theopompo. Cfr. Lehrsii Aristarch. p. 302. »

ut utrumque in majoribus numerasse dicas Amyntam illum, quem vulgo *primum* vocant, Macedoniae Regem, quo tempore Pisistratidas expulerunt Athenienses. Vid. Herodot. V. 94.

Sed quo propero? Ptolemaeum et Aristobulum quum declarem cur aliis Alexandri historicis studio meo digniores putaverim, tam late sum exspatiatus, ut paene me ceperit Charetis oblivio. De hoc obiter disputasse Plehnium nosti in *Lesbiacorum* libro; sed obiter tantum. Reliquias Historiarum, quae Chareti auctori tribuuntur, ne indicavit quidem omnes, nedum collectas, digestas, illustratas in libro intexuit. Equidem Charetem, si historicas laudes spectamus, Ptolemaeo et Aristobulo multo quidem inferiorem, sed non indignum tamen judico, qui, in eodem argumento versatus, cum duumviris illis componatur. Atque ita factum esse scito, ut fragmentis Charetis, brevi praemissa de vita ejus et Historiis commentatione, extremum dari in hoc libello locum jusserim.

Jam tenes, amicissime Geeri, quae scribendi hoc opusculum princeps mihi fuerit causa, quod ut tanta tu accipias benevolentia, quanta ego mitto animi voluptate, admodum spero optoque.

Finem scribendi facerem, nisi peropportune subiisset mihi Duridis memoria, de quo pauca sunt, quae ab Heckero edoctus, Viro Doct., te monitum velim. Is igitur nuperrime conjecturam quandam suam mecum per literas communicavit, qua perquam ingeniose nemini adhuc intellectum Hesychii locum ita emendare atque explanare studuit, ut Duridis quum paululum locupletaret fragmenta, ad dictionem simul illustrandam aliquantum conferret. Quod quo magis intelligas, ipsa Heckeri verba his interponere juvat, ne forte meis utens vim ejus argumentationis frangam. «Obscura, inquit, memoria dictionis non tritae, in Duridis scriptis inventae, delitescere videtur in depravatissima Hesychii glossa v. *Καταρίστην, ὀρθὴν, δουριστήν. παρὰ Καλλιμάχῳ δὲ τὴν χάλαζαν.* Nullam varietatem e codice Veneto enotavit Scho-

wius, neque in interpretum notis ullum auxilium praesto est. Priorem partem, ne litera quidem mutata, restitui posse censeo, scribendo: κατ' ἀρίστην, ὀρθήν. Δοῦρις. Enotavit Lexicographus, Duridem alicubi κατ' ἀρίστην «optimo modo, optime» dixisse, eodem substantivo omisso, quod ad ὀρθὴν omitti docent. Eodem vocabulo significatio accurate reddita est. Reliqua ex glossa deprompta sunt, qua illustrabatur rarius aliquod vocabulum, quod literarum similitudine facile cum κατ' ἀρίστην confundi poterat. Inde librarii error, oculis ab uno lemmate in alterum aberrantibus. Et vicina saltem plura suppetunt: καταρράκτης, v. Soph. fr. 641 Dind. ex Hesychio, sed καταράκτης Etym. Gud. 302. 58, quorum utrum melius sit, dijudicari nequit: v. Lobeck. Soph. Aj. 290 p. 191 sq.; κατάρης, de quo Aristophanes ap. Eust. Iliad. 603. 34: τὸ συνεστραμμένον πνεῦμα καὶ κατάρασσον ἄνεμον κατάρη λέγουσιν ὁ Ἀλκαῖος καὶ ἡ Σαπφὼ, διὰ τὸ κατωφερῆ ὁρμὴν ἔχειν. Longius distant καταῖξ et καταιγὶς, item καταῖθυξ ὄμβρος, ὁ καταιθύσσων. Hesych. s. v. Ipsam autem vocem

conjectura revocare jam non licet. Quare, lacunae signis positis, haec glossa ita constituenda videtur : *κατ' ἀρίστην, ὀρθήν. Δοῦρις. τὴν ..... παρὰ Καλλιμάχῳ τὴν χάλαζαν.»*

Haec ille, quibus indicandis eo mihi fecit gratius, quo magis corruptissimus ille Hesychii locus meos, tribus abhinc annis Duridis Reliquias colligentis, plane fugerat oculos. Te autem, vir amicissime, cui nihil tam parvum videri in his literis solet, quod non cupide in lucro esse deputes, Heckeri inventum diutius celare nolui, non dubitans, quin illud si non omnino probes, cognovisse tamen admodum gaudeas. Jam vero vale, meque, ut amas, amare perge.

Scribebam Trajecti ad Mosam a. d. X Kal. Quint. a. MDCCCXLIV.

PTOLEMAEI

VITA ET COMMENTARII.

PTOLEMAEI

VITA ET COMMENTARII.

De Ptolemaei vita qui Geieri legerit commentationem, nobis quidem hanc facile dabit veniam, ut paucis et summatim de ea absolvamus. Neque etiam ita describere Ptolemaeum esse nostrum censemus, ut qualem omnino se probaverit hominem, qualem sub Alexandro ducem, qualem postea Aegypti Regem, prolixa disputatione ostendamus; sed nobis ex publica ejus privataque vita ea maxime spectanda sunt, quae ob oculos ponant, quid in rebus Alexandri scribendis tum praestare potuerit, tum vero praestitisse videatur. Ad hunc veluti scopum nostra omnis tendet oratio.

Natum igitur Ptolemaeum ferunt a. C. n. 367 [1]) in quo-

---

1) Decessit Ptolemaeus aetatis anno octogesimo quarto, teste Luciano *Macrob.* XII : *Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, ζῶν δὲ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν πρὸ δυοῖν ἐτοῖν τῆς τελευτῆς τῷ Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλφῳ δὲ ἐπίκλησιν.* Regnavit autem, si statim post Alexandri mortem a. 323 regnum ejus in cepisse ponimus, solus annos 38 i. e. ad a. 285, quibus additis duobus,

dam Mygdoniae, quae Macedoniae fuit provincia, oppido Eordaea[1]), parentibus Lago et Arsinoë[2]), genere perquam il-

---

obierit necesse est a. 283. Vid. Porphyr. fragm. ap. Scalig. Euseb. XCV (in *Anecd. Graec.* ed. Cramer II p. 120.), coll. fragm. Dexippi ap. eundem p. 59 sq. et Polyb. II. 41. Sequitur, natalem Ptolemaei annum incidisse in a. 367. Cff. Geierus p. 6 sq., 54 sq. ibique laudatus Droysenus, *Gesch. d. Nachf. Alex.* p. 693 sq.

1) Nolim hanc Ptolemaeo patriam abjudicare propter iteratum Arriani testimonium, cui *Indic.* XVIII. 5 in praefectis triremium recensentur Ἐορδαῖοι Πτολεμαῖός τε ὁ Λάγου καὶ Ἀριστόνους ὁ Πεισαίου· quos eosdem memorans inter Alexandri σωματοφύλακας *de Exp. Alex.* VI. 28. 4, hunc quidem Πελλαῖον, sed Ptolemaeum iterum Ἐορδαῖον vocat, pro Aristono popularem ei adjungens, qui illo loco Ἀλκομενεὺς dicitur, Πείθωνα Κρατεύα (Aristob. Fragm. XLIV.). Meminit oppidi Eordaeae, quae ap. Thucyd. II. 99 Ἐορδία appellatur, ubi cf. Poppo, Stephanus Byz. (ed. Westerm.) 120, 23 : Ἐορδαῖαι, δύο χῶραι Μυγδονίας. — ὁ οἰκήτωρ Ἐορδαῖος. Addit : ὀξύνεται δὲ τὸ Ἐορδός. Quo magis eandem urbem designare mihi videtur p. 220,16 : Ὀρδαία, πόλις Μακεδονίας· τὸ ἐθνικὸν Ὄρδοι· λέγονται καὶ Ὀρδαῖοι. Sed quid alio Stephani loco faciamus, quem Geierum fugisse miror, vix intelligo. Ptolemaeum enim Macedonem quidem, sed Ὀρεστιαῖον dicit v. Ὀρεστία p. 220,29 : πόλις ἐν Ὀρεσταῖς, ἐν ὄρει ὑπερκειμένῳ τῆς Μακεδονικῆς γῆς, ἐξ ἧς Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, πρῶτος βασιλεύσας Αἰγύπτου. Sive autem de Stephani ipsius errore cogitandum sit, ut memoria falsus Ὀρεστιαῖον finxerit qui esset Ἐορδαῖος, seu vitiose ita vocatum Ptolemaeum alicubi legerit, Arriani testimonio tanquam certissimo acquiescendum putaverim. Ceterum, ut hoc addam, Macedonis nomine Ptolemaeus, quamvis jam Aegypti Rex, admodum delectabatur, ut ex statuarum inscriptionibus ostendit Pausan. VI. 3. 1 et X. 7. 3, quo loco pro ἔχαιρον γὰρ δὴ Μακεδόνες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενοι βασιλεῖς levi transpositione legendum esse ἔχ. γ. δ. Μακεδόνες καλούμενοι οἱ ἐν Αἰγ. βασ., vel caeco appareat.

2) Tradit Pausan. I. 6. 2 Ptolemaeum a Macedonibus habitum fuisse Φιλίππου παῖδα τοῦ Ἀμύντου, λόγῳ δὲ Λάγου· τὴν γάρ οἱ μητέρα ἔχουσαν ἐν γαστρὶ δοθῆναι γυναῖκα ὑπὸ Φιλίππου Λάγῳ. Cf. l. l. 8. Eandem famam secutus Curtius IX. 8. 22 : « Sanguine, ait, (Regi) conjunctus erat, et quidam Philippo genitum esse credebant, certe pellice ejus ortum constabat. » Plura affert Suidas v. Λάγος (ed. Kust.) II p. 408, quem explicat Geierus p. 4. Fabellam ut peperisse videtur non quidem confusus Ptolemaeus Lagida cum Ptolemaeo quodam Philippi f., quod putat Geierus

lustri[1]); quo haud scio an factum sit, ut jam adolescens ad

---

p. 7 sq., sed invidorum Macedonum ingenium, quos Eumeni quoque Cardiano hoc nomine non pepercisse constat; ita falsitatis arguere sane quam facilis res est, modo hoc unum teneamus, Philippum, natum a. 282 (Clinton *F. H.* ed. Krueg. p. 132, 244.), a. 367, quo Ptolemaeum genitum probavimus, quindecim annorum adolescentem apud Thebanos obsidem degisse. Cf. Geierus p. 6. Alucinari autem Scholiastam Theocr. (*Idyll.* XVII. 41.), quando Ptolemaei patrem *Πτολεμαῖον τὸν Λαγωὸν* vocat, quid moneam? *Λαγωὸς* tamen, quod legitur etiam in *Vita Theocr.* ab Anonymo scripta, probum est, confirmatum fragmento Philemonis in Valcken. *Adnot. ad Adoniaz.* p. 400 A, ubi: *Λαγίδης, πατρωνυμικὸν, ἐκ τοῦ Λαγωοῦ.* — Matris nomen, praeterquam Suidae l. l., Porphyrio debemus (ap. Euseb. ed. Maio I. 22, *Anecd. Graec.* ed. Cramer II p. 120.) et Eudociae v. *Πτολ. ὁ Κλαύδ.* p. 366, ex quo loco, mox tractando, quod suspicamur Meleagri fuisse filiam, id jam palam est ex *Anecd.* laud. p. 272. Iisdem fortasse parentibus natus fuit Menelaus, de quo vid. Diod. Sic. XIX. 62, XX. 47 sqq. Tandem, si Dexippo fides (ap. Syncell. *Chronogr.* ed. Dindorf I p. 506, 513.), Ptolemaeo etiam alter fuit frater, Meleager, *πρὸς ὀλίγας ἡμέρας δυναστεύσας καὶ ἐκπεσὼν*, post necem puta Ptolemaei Cerauni. Sed fuit ille Lagidae non frater, sed filius, ut ex Porphyrio apparet l. l. I. 38.

1) «De Lago, ait Geierus p. 4, nihil prorsus cognitum habemus, nisi quod conjectura satis certa licet assequi, haud nobili genere eum natum.» In quam Viri Doct. sententiam, debili superstructam ex Plutarcho petito argumento, cave ne discedas. Narratiuncula Plutarchea (*de cohib. ira* IX.) his verbis continetur: *Πτολεμαῖος γραμματικὸν εἰς ἀμαθίαν ἐπισκώπτων ἠρώτησε· Τίς ὁ τοῦ Πηλέως πατὴρ ἦν; Κἀκεῖνος· Ἂν σὺ πρότερον εἴπῃς, ἔφη, τίς ὁ τοῦ Λάγου.* Quo quidem contumelioso irati grammatici responso si celebrem nominis famam Lago abjudicari dixeris, omnia dixeris: nam quod ex addita Plutarchi interpretatione *τὸ δὲ σκῶμμα τῆς δυσγενείας ἥπτετο τοῦ βασιλέως* facile efficias, nobilitatem generis Lago defuisse, commentum est gravissimis aliorum testimoniis explosum. Ipse adeo Plutarchus alio loco (*de Nobil.* XIX.), qui latuit Geierum, ita sensisse recteque acerbum istum jocum explicuisse videtur. *Ἡ ὕβριν*, inquit, *ὕβρει ἀπέτρεψεν, ἢ τοὺς ῥυπαροὺς ἀνθρώπους ἐμιμήσατο, ὧν ἔθος ἦν ἀεὶ τῇ εὐγενείᾳ φθονεῖν.* Atque hanc *εὐγένειαν* Curtius, quamvis in ceteris, ut monui, falsus, Ptolemaeo vindicans: «Sanguine, ait, (Regi) conjunctus erat.» Quae cognatio unde repetenda sit, docet vel Theocriti haud spernenda auctoritas, *Idyll.* XVII. 26 sq. (Cf. Julian. *Caesar.* ed. Spanh. p. 316, 335.):

Ἀμφοῖν γὰρ πρόγονός σφιν ὁ καρτερὸς Ἡρακλεΐδας,
Ἀμφότεροι δ' ἀριθμεῦνται ἐς ἔσχατον Ἡρακλῆα.

amicitiam accesserit Philippi Regis, adulta aetate ejus gratia floruerit [1]). Qui quum proximo ante necem anno ea strueret, quibus

---

E quibus Theocriti versibus nemo quisquam, opinor, efficiet quod Geierus effecit, cui sane imprudenti haec exciderunt verba p. 7 : «Theocritus attigit famam de Philippo Ptolemaei patre.» Quo enim dementiae processisse poëtam putemus, qui in carmine, ad Philadelphum Ptolemaeum scripto, tam grave natalium Lagidarum dedecus, quantumvis tecte, designaret? Sed illuc redeo. Dictum Theocriti indicium de generis propinquitate, quae inter Alexandrum et Ptolemaeum intercessit, egregie et confirmatur et illustratur fragmento quodam Satyri scriptoris, ab Eudocia servato p. 366; quod unde petitum iverit, frustra adhuc exquiro. Ibi igitur Bacchi et Althaeae filia, Deïanira, ex Hercule concepisse dicitur Ὕαλον (l. Ὕλλον), a quo numerantur deinceps Κλεόδαιμος, (l. Κλεόδαιος, ut in Diodori fragm. ap. Syncell., pro quo Dindorf. p. 499 male Κλεαδάτους fictum nomen recepit) Ἀριστόμαχος, Τήμενος, Κεῖστος. (Ap. Diod. utique male scribitur Κίσσιος, nec melius Κάσος ap. Pausan II. 12. 6. Restituendum fortasse ubivis Κίσσος vel Κεῖσος.) Sequuntur ex Satyri recensione Μάρων, Θέστιος, Ἀκοὸς (?), Ἀριστομίδας (l. ut ap. Diod. Ἀριστοδαμίδας), ex Diodori Θέστιος, Μέροψ, Ἀριστοδαμίδας, Φείδων, quorum Θέστιος in edit. Dind. pessime Θεοστίου nomine vocatur. Utrum verum sit, non curo. In *Carano* tamen, decimo ab Hercule, Diodorus Satyro conciliatur. Fuit autem Caranus ille conditor regni Macedonici (Vell. Pat. I. 6; Justin. VII. 1, alii), cui filius *Coenus*, nepos *Tyrimmas*, uterque Macedoniae Rex (Euseb. ap. Scalig. p. 57; Syncell. l. l.), uterque etiam Ptolemaei et Alexandri majoribus accensendus. A Tyrimma vero, cui Perdiccas successit (Cf. Clinton p. 236 sqq.), alii numerantur Alexandro, alii Ptolemaeo majores; nisi, quod facile evenire potuit, aliquos a Satyro omissos credas inter Tyrimmam et *Alcetam* atque *Amyntam*, quos deinceps memorat, quorumque hic ultra a. 507 regnasse videtur. Cf. Clinton p. 237. Tandem in Satyri fragmento Amyntam excipit *Bocrus*, hunc *Meleager*, cujus filiam fuisse monui, quae statim nominatur, Arsinoën, Lagi uxorem. Itaque ut reapse Ptolemaeus a matre *sanguine* Alexandro *conjunctus erat*, ita, licet de paterna stirpe nihil quidquam memoretur praeter narratiunculam Plutarchi, tamen genus *perquam illustre* Ptolemaeo tribuere haud dubitavi. Quod ad Geieri tum errorem corrigendum, tum lacunam supplendam, paulo altius repetere fusiusque exponere operae pretium duxi.

1) Futilem Justini (XIII. 4.) narrationem, qua Ptolemaeum *ex gregario milite Alexander virtutis caussa provexisse* dicitur, verbo tetigisse sufficiat. Equidem ut, quid sentiam, obiter hic moneam, Ptolemaeum adscriptum fuisse conjicio principum Macedoniae liberis adultis, quos ad custodiam corporis Philippus legisse dicitur. Vid. Arrian. IV. 13. 1; Curtius V. 1. 42, VIII. 6. 2 sqq.; Aelian. *V. H.* XIV. 49, ubi cff. Intpp. Adde Diod. Sic. XVII. 65.

se Arrhidaeum quam Alexandrum successorem malle videbatur, Ptolemaeus cum Harpalo, Nearcho aliisque nobilissimis viris auctor exstitit Alexandro, ut clandestina patris consilia clam irrita faceret. Quae detecta conspiratio male auctoribus cessit, siquidem Philippus, propter frustratam spem ira incensus, omnes illos pro invisa ipsi erga Alexandrum fide exsilio mulctavit. Hanc autem patris severitatem ut tum doluit jure Alexander, ita vix ipse regnum accepit, quin Ptolemaeum ceterosque fidissimos amicos non revocaret tantum ab exsilio, sed maximis honoribus condecoraret [1]). Et in Ptolemaeum quidem primum honorificentissimum *Ἐδεάτρου* seu regii praegustatoris munus contulit [2]); deinde vero, victo jam Dario et patefacta conjuratione Philotae, a. 330 eum in virtutis praemium ad supremam omnium evexit *Σωματοφύλακος* dignitatem [3]). Fuit enim Alexandro inde ab initio laborum socius, bellisque contra Thraces, Triballos, Getas, Thebanos aliasque gentes gestis omnibus dux interfuit, eaque edidit quovis in discrimine alacritatis et fortitudinis specimina, ut deinde etiam in expeditione adversus Darium et Asiae gentes suscepta Alexander ad maxima quaeque peragenda haud raro Ptolemaei opera uteretur. Sic v. c. Bessum proditorem persequi jussus tanta prudentia Ptolemaeus nefarium hominem circumvenit, ut intra paucissimos dies et sine ullo certamine captum vinctumque ad Alexandrum deferret [4]). In Chorienis autem petra Aornoque expugnandis [5]) a Ptolemaei fortitudine et cauta agendi ratione plurimum opis Alexandro accessit. Vix curato quod recens acceperat vulnere [6]), Aspasiorum ducem ferocissimum proelio

---

1) Plutarch. *Vit. Alex.* X, quocum cf. Arrian. III. 6. 5.

2) Athenaeus IV p. 171 B (Fragm. Char. III.). Satis inepte Sanctocrucius (*Exam. crit.* ed. 2ae p. 517.) *Σωτῆρος* cognomen, de quo infra agemus Ptolemaeo ab *Ἐδεάτρου* munere datum fuisse suspicatur.

3) Arrian. III. 27. 5.

4) l. l. 30. 1- 5 (Fragm. Ptol. XII.).

5) Arrian. IV. 21. 4, 29. 1—6.

6) l. l. 23. 3. De alio vulnere, quod ad Harmateliam urbem Ptolemaeo infligatum, ab Alexandro autem sanatum quidam finxerunt, vide quae disputat Geierus p. 14 sqq.

singulari victum perfodit; quo hujus Indorum gentis omnis regio brevi Alexandri imperio adjecta [1]). Quid plura? Per totam Alexandri historiam elucet hic Ptolemaei fidus in Regem amicum animus [2]); elucet in rebus agendis singularis prudentia et alacritas; elucet denique in perferendis laboribus invicta constantia; quibus virtutibus et primario inter belli duces loco dignissimum se praestitit et in dies apud Alexandrum gratia crevit. Qui ad Hydaspem fl. classem quum pararet Ptolemaeo honorificum Trierarchi munus mandavit [3]); eidemque ut in splendidissimis ipsius et amicorum nuptiis, quas Susis fecit, Artacaman uxorem dedit, Artabazi filiam [4]), ita cum aliis belli ducibus propter eximia merita auream coronam donavit [5]). Mansit autem Ptolemaeo tanta benevolentia alta mente reposta; quem grati animi et caritatis sensum etiam exstincto Rege luculente manifestavit. Quum enim Alexandri imperium in plures provincias divisum belli ducibus cessisset, ipse autem hujus rei auctor [6]) Ptolemaeus Aegyptum et Africae Arabiaeque partem regundas accepisset [7]); non ante quievit, quam cadaver Alexandri, Babylone in Aegyptum transportatum, in sua provincia funere magnificentissimo sepeliendum curavisset. Accessere sacrificia ludique solenni pompa instituti. [8]) Sed ne sic quidem piae Regis memoriae satisfe-

---

1) l. l. 14. 3—5.

2) Hermolai et reliquorum puerorum conspirationem Ptolemaeus quoque Alexandro indicavit, teste Arriano IV. 13. 7 (Fragm. Aristob. XXVII.).

3) Arrian. *Indic.* XVIII. 5.

4) Arrian. *de Exp. Alex.* VII. 4. 6 et ap. Phot. *Bibl.* (ed. Bekk.) p. 68 b 12. A Plutarcho haec Ptolemaei uxor, cujus praeterea nulla exstat mentio, *Apama* vocatur. Cf. annot. ad Aristob. Fragm. X. De ceteris Ptolemaei uxoribus ejusque liberis laudare Geierum malo, quam eadem repetere. Hunc igitur vide p. 47 sqq.

5) Arrian. l. l. 5. 6.

6) Pausan. I. 6. 2. Cf. Geierus p. 20.

7) Dexippus ap. Phot. p. 64 a 30; Arrian. ap. eund. p. 69 a 32, p. 71 b 20; Diod. Sic. XVIII. 3; Curtius X. 10. 20; Justin. XIII. 4. Cf. Appian. *Syr.* LI, LIII.

8) Arrian. ap. Phot. p. 70 b 16; Diod. Sic. XVIII. 28; Strab. XVII p. 1144 A. B; Curt. l. l. Cf. Geierus p. 22 sqq. Multus est de Alexandri sepultura

cisse sibi videbatur. In celebri illa, quam primam de suo nomine Alexander in Aegypto condiderat, urbe[1]) Ptolemaeus, quamvis gravissimis bellis distractus, delubrum illi consecravit, structura et arte suo genere eximium, divinis adeo honoribus eum prosecutus.[2])

Quae fuerint Ptolemaei in celebratissima Alexandri expeditione partes, quae mutua ejus et Alexandri caritas, paucis quidem, sed pro instituto nostro satis adumbrasse nobis videmur. Aegyptum vero provinciam qua ratione non tam Arrhidaei et Alexandri pueri nomine gubernare et tueri, quam vindicare sibi regnum et augere studuerit, exponere longum est nec necesse. Quid etiam artes memorem et literas, qua-

---

Jul. Valerius in libro, ab Ang. Maio primum edito, *de reb. gest. Alex.* III. 90 sqq., cujus tamen scriptoris auctoritas quam fere nulla sit, infra suo loco patebit.

1) Strab. et Curt. l. l., item Pausan. I. 7. 1, qui quidem, ut jam animadvertit Geierus p. 24, in hoc vehementer falsus est, quod Alexandri corpus a Philadelpho demum Memphide Alexandriam deportatum credidit.

2) Eo spectans ap. Lucian. *Dial. Mort.* XIII Alexander: *Ὑπισχνεῖται*, inquit, *Πτολεμαῖος ὁ ὑπασπιστὴς — ἐς Αἴγυπτον ἀπαγαγών με θάψειν ἐκεῖ, ὡς γενοίμην εἷς τῶν Αἰγυπτίων θεῶν.* De delubro Alexandri Theocriti sunt versus *Idyll.* XVII. 16 sqq., ubi cultum fuisse Ptolemaeum docet una cum Alexandro amico et communi utriusque proavo Hercule. Diodori l. l. haec sunt verba : *Κατεσκεύασεν οὖν τέμενος κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κατὰ τὴν κατασκευὴν τῆς Ἀλεξάνδρου δόξης ἄξιον, ἐν ᾧ κηδεύσας αὐτὸν καὶ θυσίαις ἡρωϊκαῖς καὶ ἀγῶσι μεγαλοπρεπέσι τιμήσας, οὐ παρ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ θεῶν καλὰς ἀμοιβὰς ἔλαβεν.* Jul. denique Valerius l. l. 92 : «Erigitur aedes quam maximo opere ad instar templi, quod etiam nunc Alexandri nominatur.» Hic tamen vereor ne confuderit Alexandri delubrum, a Ptolemaeo Lagi f. conditum, cum alio monumento, postea demum exstructo, de quo Strabo l. l. ex emendatione Casauboni : *Μέρος τῶν βασιλείων ἐστὶ καὶ τὸ καλούμενον Σῆμα, ὃ περίβολος ἦν, ἐν ᾧ αἱ τῶν βασιλέων ταφαὶ, καὶ ἡ Ἀλεξάνδρου.* Cf. Dio Chrysost. ad Jul. Valer. a Maio laudatus et Casaub. ad Sueton. *August.* XVIII. Nam *Σῆμα* illud aedificavit Ptolemaeus Philopator, ut refert Zenob. *Prov.* III. 94 : *Ἐν μέσει τῇ πόλει μνῆμα οἰκοδομήσας, ὃ νῦν Σῆμα καλεῖται, πάντας ἐκεῖ τοὺς προπάτορας σὺν αὐτῇ κατέθετο, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα.*

rum studia Ptolemaeorum aetate Alexandriae ut nullo loco magis viguisse, quis est qui nesciat? Sed ea licet Philadelphi in primis opera incrementa cepisse constat altasque egisse radices; Lagi tamen filio hic omnino debetur honos, ut ab eo uno tanti vigoris repetatur principium.[1]) Summo flagrans literarum amore, comitate et munificentia doctissimos quosque viros, philosophos, poëtas, grammaticos, facile allexit et liberali consuetudine sibi devinxit.[2]) At nolo diutius in re notissima immorari. Hoc tantum addo, Lagidam fortitudine et clementia in hostes, in subditos aequitate et humanitate semper insignem, pacis bellique artibus aeque intentum, praeterea temporibus sapienter uti solitum, quidquid terrarum ei pareret ad summum evexisse floris et felicitatis fastigium. Atque ita quum extrema senectute otio satis tranquillo frueretur, omnibus pariter dilectus obiit a. 283, aetatis 84, regni 40, quum biennio ante Ptolemaeo filio, cognomine Philadelpho, regnum tradidisset.[3])

Ad quaestionem transeuntibus de commentariis,[4]) quibus res Alexandri gestas Ptolemaeus descripsit, dubium quidem

---

1) Quid de literarum studiis promovendis Ptolemaeus Lagida meruerit, ostendunt Stahrius *Aristot.* II p. 57 sqq. et Geierus p. 62 sqq.

2) Horum nominasse sufficiat *Phalereum Demetrium*, πρῶτον τῶν Πτολεμαίου φίλων dictum (Plutarch. *de Exsil.* VII.), de cujus cum Ptolemaeo consuetudine legatur Diog. Laërt. V. 5. 78 sq., ubi etiam inter opera Demetrii librum recenset Πτολεμαῖον inscriptum (Cf. Geierus p. 64 sqq.); *Theodorum Cyrenaicum* (Diog. Laërt. II. 8. 101 sq.; Plutarch. l. l. XVI; Cic. *Tusc. Disp.* I. 43. 102, V. 40. 117.); *Stilponem Megarensem*, qui primum vocatus non venit (Diog. Laërt. II. 12. 115.), sed postea Ptolemaei precibus cessit (II. 11. 111, 12. 115.) ejusque nomine inscriptum dialogum edidit (l. l. 120.); *Philetam Coum*, qui Ptolemaei Philadelphi fuit praeceptor (Suid. s. v. III p. 600. Cf. Geierus p. 68.); *Zenodotum Ephesium*, cui et liberorum Ptolemaei institutio et bibliothecae custodia fuit mandata (Suid. s. v. II p. 7. Cf. Geierus l. l.). *Menandri* quoque comici poëtae memorantur ad Ptolemaeum *Epistolae*. Vid. Suid. s. v. II p. 531 et Eudoc. p. 302.

3) Vide supra p. 3.

4) Quo titulo Ptolemaeus τὰ περὶ Ἀλέξανδρον ediderit, ignoratur. Ex Arriano nihil temere concludendum, qui ut ad Xenophontis exemplum se componere studuit, ita ab hoc etiam Ἀναβάσεως titulum aperte accepit.

nobis non videbitur, quin illarum fere omnium testis, Alexandro autem unus in paucis familiaris, praeclare potuerit gravissimo argumento defungi. Cui vere scribendi facultati quatenus voluntatem conjunxerit, quum alia indicia desiderentur, maxime ex Arriano efficimus: Rarissime enim ceteri scriptores ad Ptolemaei commentarios provocare solent[1]); quamquam, quoties provocant, ut semel Strabo[2]) et Curtius[3]), bis Plutarchus[4]), toties eum tanquam fidissimum

---

1) Plinium etiam in *Hist. Nat.* quaedam ex Ptolemaei opere hausisse, inde conjicias licet, quod in *Indicibus*, qui vocantur, *Auctorum* ad lib. XII et XIII *Ptolemaeus Lagus* (l. *Lagi*) memoratur. At, quod maxime mireris, ingenti scriptorum numero, quibus Athenaeus usus est, Ptolemaeus defuit.

2) VII p. 462 A. B. (Fragm. II.).

3) IX. 5. 21 (Fragm. XXIII.).

4) Alter locus legitur *Orat. de Alex. s. virt. s. fort.* I. 3 (Fragm. IV.), alter *Vit. Alex.* XLVI, quem ut Charetis reliquiis inserere, ita fragmentis Ptolemaei et Aristobuli demere non dubitavi. Agitur de congressu Alexandri cum Regina Amazonum, cujus facta mentione Arrianus VII. 13. 2 : *Ταῦτα δὲ*, inquit, *οὔτε Ἀριστόβουλος οὔτε Πτολεμαῖος οὔτε τις ἄλλος ἀνέγραψεν, ὅστις ἱκανὸς ὑπὲρ τῶν τοιούτων τεκμηριῶσαι· οὐδὲ δοκεῖ μοι ἐν τῷ τότε σώζεσθαι τὸ γένος τῶν Ἀμαζόνων.* Simillima sunt quae dicit Strabo XI p. 771 A. B, ubi Clitarchus vocatur *ὁ πατὴρ τοῦ λόγου*, quamquam plures, ut mox patebit, eandem fabellam propagarunt; quos qui secuti sint, indicavi *Durid. Reliqq.* p. 89 sq. Quid vero l. l. Plutarchus? *Ἐνταῦθα*, ait, *πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὴν Ἀμαζόνα οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ὧν καὶ Κλείταρχός ἐστι καὶ Πολύκριτος καὶ Ὀνησίκριτος καὶ Ἀντιγένης καὶ Ἴστρος· Ἀριστόβουλος δὲ καὶ Χάρης ὁ Εἰσαγγελεὺς καὶ Πτολεμαῖος καὶ Ἀντικλείδης — πλάσμα φασὶ γεγονέναι τοῦτο. Καὶ μαρτυρεῖν αὐτοῖς ἔοικεν Ἀλέξανδρος.* Quod igitur de Aristobulo et Ptolemaeo diserte negat Arrianus, cum Strabone testatus, se fide dignum historicum reperisse nullum, qui illam narratiunculam memoriae prodidisset; id contra a Plutarcho ita affirmatum videmus, ut praeter alios complures Aristobulus et Ptolemaeus in suis uterque commentariis mentionem Amazonum injecisse et reliquorum scriptorum commenta explosisse videantur. Quae tamen lis facili opera componitur, si Plutarchum statuimus omnes, qui rem vel non commemorarent vel negarent, conjunxisse, et verba ejus, *πλάσμα φασὶ γεγονέναι τοῦτο*, de Aristobulo saltem et Ptolemaeo ita accipimus, quasi hos silentio declarasse dixerit, rem illam de Amazonum gente totam esse commentitiam. Utut est, Arriani auctoritas quum

rerum Alexandri testem laudare videntur. Arrianus vero, quantum Lagidae, nemini credidit, si unum excipimus Aristobulum, in cujus cum Ptolemaeo perpetuo fere et de gravissimis rebus consensu merito ponit maximum pro utriusque fide argumentum. Hinc multa aliis narrata vel *ὡς λεγόμενα μόνον* refert [1]), vel illorum auctoritate palam explodit. [2]) Ptolemaeum et Aristobulum solos judicat *ἱκανοὺς τεκμηριῶσαι ὑπερ τῶν τοιῶνδε*, et sicubi ab altero alter dissentit, tamen dicit *τοὺς πάνυ πιστοὺς ἐς τὴν ἀφήγησιν* [3]). Ptolemaei etiam fide fretus, Nearchi et Onesicriti, regiae classis praefectorum, auctoritatem aspernatur in numero navium recensendo, quae cum Alexandro in Hydaspe fl. navigarunt [4]). Cur autem Ptolemaeum tantum praestare fide opinaretur, Arrianus duabus maxime causis se commotum ostendit, altera *ὅτι, πρὸς τῷ ξυστρατεῦσαι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ αὐτῷ βασιλεῖ ὄντι αἰσχρότερον ἢ τῳ ἄλλῳ ψεύσασθαι ἦν*, altera *ὅτι τετελευτηκότος ἤδη Ἀλεξάνδρου ξυγγράφοντι αὐτῷ ἥ τε ἀνάγκη καὶ ὁ μισθὸς τοῦ ἄλλως τι ἢ ὡς συνηνέχθη ξυγγράψαι ἀπῆν* [5]). Quibus rationibus quo commendentur haud deëst. Quum enim Ptolemaeus non ut v. c. de Callisthene, ut de Onesicrito constat, vivo Alexandro commentarios scriberet, sed eo demum tempore ederet, quo inter successores Alexandri facile princeps jam con-

---

de mea sententia hac in re praevaleat, Plutarcheo loco nulla est neque in Aristobuli neque in Ptolemaei fragmentis sedes assignanda.

1) Proöem. 3.

2) Iccirco comessationes in Carmania, a compluribus scriptoribus memoratas, factas esse pernegat VI. 28. 2 (Fragm. Aristob. XLIV.). *Ταῦτα δὲ*, ait, *οὔτε Πτολεμαῖος ὁ Λάγου οὔτε Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου ἀνέγραψεν οὐδέ τις ἄλλος, ὅντινα ἱκανὸν ἄν τις ποιήσαιτο τεκμηριῶσαι ὑπὲρ τῶν τοιῶνδε. καί μοι ὡς οὐ πιστὰ ἀναγεγράφθαι ἐξήρκεσεν.* Iccirco quaecunque de congressu Alexandri cum Amazonum Regina ab aliis scripto mandata sunt, meras habet fabulas. Vide p. 10. Iccirco tandem quam Romanorum ad Alexandrum legationem scriptores quidem commemorarunt, licet non omnino neget, valde tamen suspectam putat, VII. 15. 5, 6.

3) IV. 14. 3.

4) VI. 2. 4 (Fragm. XXI.).

5) Proöem. 2.

firmaverat sibi validissimum Aegypti regnum, potuit certe libera uti dicendi facultate, non eo adversariorum metu odiove adactus, vel studio potentioribus blandiendi pellectus, ut adversariis scribendo obtrectaret, amicorum laudes impense augeret. Quid etiam tum potissimum, quum lecta virorum eruditissimorum corona cinctus tranquillum senectutis otium literis exhilararet [1]), invidiam animum ejus occupasse credamus, quem propter *τὸ ἐπιεικὲς καὶ φιλάνθρωπον*, generosam omnino indolem [2]), adeo dilexerint omnes, ut, Regi an popularibus carior esset, jam vivo Alexandro posset dubitari [3]).

Ita si Arriani judicium interpretamur, haud ita absurdas rationes reddidisse videatur, cur Ptolemaeo tantum credendum

---

1) Lubens enim assentior Geiero p. 75: «Nullum temporis spatium reperies ad tale opus componendum magis commodum atque idoneum, quam postremos eius regni annos, quibus, ab externis hostibus satis tutus, tum otio fruebatur satis largo, tum virorum doctissimorum intima gaudebat consuetudine ac familiaritate. Inter quos excelluisse scimus Demetrium Phalerensem, cuius viri familiaritas vix potest dubitari, quin etiam ad Ptolemaei librum conscribendum magni momenti fuerit.» Confugit autem Demetrius in Aegyptum ad Ptolemaeum paulo post exitum Cassandri, mortui a. 296. Qua de re dixerunt Wesseling. ad Diod. Sic. XX. 46, Valcken. *Diatr. de Aristob. Jud.* p. 52 sq. et Droysen *Gesch. d. Nachf. Alex.* p. 631. Cf. Geierus p. 64.

2) Testatur Diod. Sic. XVIII. 14: *Πτολεμαῖος — τοῖς ἐγχωρίοις φιλανθρώπως προσεφέρετο· — συνέτρεχε δὲ καὶ φίλων πλῆθος πρὸς αὐτὸν διὰ τὴν ἐπιείκειαν.* Et iterum XIX. 86, coll. XVII. 103: *Ἦν ὁ δυνάστης οὗτος καθ' ὑπερβολὴν ἐπιεικὴς καὶ συγγνωμονικὸς, ἔτι δ' εὐεργετικός. Ὅπερ καὶ μάλιστα αὐτὸν ηὔξησε τε καὶ πολλοὺς ἐποίησεν ἐπιθυμεῖν κοινωνῆσαι τῆς φιλίας.* Quibus egregie concinit locus Aeliani *V. H.* XIII. 13, quem paulo enucleatius legas ap. Plutarch. *Apophth. Reg.* (ed. Hutten) VIII p. 105. Denique de Ptolemaeo Curtius IX. 8. 23: «Idem, ait, corporis custos promptissimusque bellator, et pacis artibus quam militiae major et clarior, modico civilique cultu, liberalis in primis adituque facili, nihil ex fastu regio assumpserat.»

3) Curtius l. l. 24, quibus graviter pugnat testimonium Aeliani *V. H.* XII. 16, merito spretum a Geiero p. 17 sq.: *Ἀλέξανδρος Πτολεμαίου τῷ δεξιῷ ἤχθετο*, sive, ut est XIV. 48, *τὸ δεξιὸν ὑφωρᾶτο.* Veri tamen, ut fit, aliquid in hac narratione inesse et prudentia sollertiaque Ptolemaeum excelluisse, ipsa ejus vita luculente arguit, et confirmat, si opus est, Theocritus *Idyll.* XVII. 13 sqq.

putaverit. Atqui probe vidit idem, *Regem ipsum fuisse et diu post Alexandrum scripsisse*, quamvis magna, non tam firma tamen Ptolemaeo praesidia exstitisse, quin, quacunque tandem de causa, a vero saepius aberrasset, nonnunquam etiam si non irae, at studio certe gratiaeque inserviisset. Nec omnia, quae in Ptolemaei libris legebat, Arrianus pro veris recepit. Tantum habuit illum ceteris Alexandri scriptoribus *πιστότερον ἐς τὴν ἀφήγησιν*. Quam causam esse declarat cur, quoties Ptolemaei et Aristobuli testimonia non congruerent, ex alterutro deligeret, quae existimaret ipse *πιστότερα καὶ ἅμα ἀξιαφηγητότερα* [1]). Mihi igitur Sanctocrucius, ut in reliquis fere omnibus ejus argumentatio parum placet, ita hoc nomine Ptolemaei fidem recte culpasse videtur, quod illum Alexandri gloriae justo magis consuluisse censet [2]). Cujus rei duo mihi suppetunt argumenta. Alterum narratio est de Callisthene philosopho, quem, reliquis scriptoribus praeter Aristobulum invitis, Ptolemaeus scripsit a conjuratis non socium criminis nominatum, sed suasorem ac impulsorem; quo scilicet tantae crudelitatis aliquam pararet Alexandro excusationem [3]). Alterum argumentum in fabula positum est de draconibus, viam in Jovis Ammonis oraculum monstran-

---

1) Prooëm. 1. Itaque non ubivis Arrianus horum scriptorum dissensum notavit, quod etiam patet e recensione copiarum Alexandri, quam tacite e Ptolemaeo hausit. Vid. Fragm. IV. Contra V. 14. 5 (Fragm. XVII.), ubi exponitur de proelio cum filio Pori inito, Arrianus diserte monet se, posthabita Aristobuli fide (Fragm. XXXII.), Ptolemaei traditionem amplecti, quippe scribentis quae vidisset ipse quorumque pars magna fuisset (l. l. 13. 1.). Eadem de causa III. 30. 5 fidei Aristobuli (Fragm. XX.) de capto Besso narrantis praefertur auctoritas Ptolemaei (Fragm. XII.). Huc fortasse referendus locus de Scytharum oppido expugnato IV. 3. 5, qua de re aliter tradidit Ptolemaeus (Fragm. XIII.), aliter Aristobulus (Fragm. XXII.).

2) *Exam. crit.* p. 44.

3) Fragm. XIV. Cf. annot. ad Aristob. Fragm. XXVII. Eandem rem tetigit Stahrius *Aristot.* I p. 128 : «*Nur das Streben, Alexander's Ehre vor der Nachwelt zu retten, konnte den Aristobul und Ptolemäus zur Erdichtung der Angabe bewegen, dass alle Mitverschwornen den Kallisthenes als Hauptanstifter des Mordplans angegeben hätten.*» Namque, ut ait Curtius VIII. 8. 22 : «Nullius caedes maiorem apud Graecos Alexandro excitavit invidiam.» Cf. Seneca *Nat. Quaestt.* VI. 23.

tibus, quam haud alio consilio receptam a Ptolemaeo putaverim, quam ut factis Alexandri, quippe favorem divini numinis experti, plus magnificentiae et splendoris adderetur[1]).

Accidit igitur hoc humani Ptolemaeo, ut quum Alexandro et caritate et beneficiis adstrictum se sentiret, praeclara ejus facinora ornatius interdum quam vere, minus honesta parum candide describeret. Ceterum, ut alterum vitium in copiarum devictarum numeris haud sàtis accurate constituendis[2]) conspicuum, ut leviora etiam peccata[3]) praeteream, qualia in nullo non scriptore reperies, nobis in fide Ptolemaei dijudicanda unica fere judicii norma habenda est Arriani, idonei judicis, sententia, adeo quidem honorifica, ut paucis illis, quas indicavimus, maculis non magnopere offendamur. Accedit hoc luculentissimum veritatis et candoris exemplum, quod, Arriano et Curtio memoratum, nobis in primis attendendum est. Fuerant enim qui Ptolemaeum scriberent Alexandro, ad Mallorum urbem gravissime vulnerato, una cum Peucesta clypeum praetendisse, atque hinc ob servatum Regem cognominatum fuisse *Σωτῆρα*. Quid vero Ptolemaeus? Veritatis quam ejusmodi fictae gloriolae amantior, afuisse se, missum in expeditionem, memoriae tradidit[4]).

De ratione et consilio operis quid dicam, animi pendeo. Adeo obscura et incerta sunt omnia. Stilo non floridiore illo,

---

1) Vid. annot. ad Fragm. VII.

2) Ex Arriano id effecit pridem Droysenus, *Gesch. Alex.* p. 165, memor Fragm. V; cujus Viri Celeb. haec sunt verba : «*Wie hoch auch sonst die Glaubwürdigkeit des Ptolemäus und Aristobul sein mag, in diesem einen Punkt der Zahlen feindlicher Truppen haben sie bisweilen ihren Muth und ihren Ruhm mit eingezählt.*»

3) Vide annot. ad Fragm. XVII, XXII, Aristob. Fragm. XXVIII.

4) Utrumque testimonium, tam Arriani quam Curtii, legitur Fragm. XXIII, ubi vide annot. Cognomen *Σωτῆρος* Rhodiis deberi, hoc modo gratum Ptolemaeo animum publice testificantibus, ut qui ipsos a diuturna gravique Demetrii Poliorcetae obsidione liberasset, apertum est e Pausan. I. 8. 6 et maxime e Diod. Sic. XX. 100, unde templum etiam discimus in ejus tanquam Dei honorem fuisse aedificatum, *Πτολεμαιεῖον* dictum. Eosdem adeo paeanes in Ptolemaeum cecinisse, testis nobis est Athenaeus XV p. 696 F. Cf. Geierus p. 45.

quem Aristobulo placuisse novimus, sed simpliciore, at satis tamen nitido conscriptum fuisse videtur, qualem a viro literarum amantissimo postulaveris. Ante omnia vero hoc tenendum est, fuisse Ptolemaeum virum militarem. Hinc factum ut rebus geographicis minus animum adverterit, singularum regionum naturas et proventus minus accurate exploraverit, neque antiquis earum monumentis gentiumque institutis ac moribus illustrandis multam operam impenderit [1]); sed strenuus ipse miles et

1) Haec quoque causa est, cur locum Stephani Byz. de Anchiale, qui legitur p. 12, 16, pro fragmento Ptolemaei Lagidae habere, ut placuit Geiero p. 75, equidem non audeam; sed moveor praeterea tota illius loci ratione, quem adeo apponere integrum juvat. *Ἀγχιάλη, πόλις Κιλικίας, παραθαλασσία τῇ Ταρσῷ καὶ Ζεφυρίῳ· ἔστι δὲ κτίσμα Ἀγχιάλης, τῆς Ἰαπετοῦ θυγατρὸς, ὡς Ἀθηνόδωρος περὶ τῆς αὐτοῦ πατρίδος γράφων, καὶ παρατιθεὶς Διόδωρον τὸν γραμματικὸν συμφωνοῦντα Πτολεμαίῳ βασιλεῖ· γίνεται δ' Ἰαπετοῦ θυγάτηρ Ἀγχιάλη, καὶ κτίζει πόλιν Ἀγχιάλην [πρὸς] Ἀγχιαλέα τὸν παρακείμενον ποταμόν· γεννᾷ δ' υἱὸν Κύδνον, ἀφ' οὗ ποταμὸς Κύδνος ἐν Ταρσῷ, ὁ δὲ Κύδνος υἱὸν Παρθένιον, ἀφ' οὗ ἡ πόλις μετωνομάσθη Παρθενία· μεταπεσόντος δὲ τοῦ ὀνόματος Ταρσὸς ἐκλήθη.* Omnia ex Athenodori libro petita sunt, qui Augusti aetate floruit (Voss. *H. G.* ed. Westerm. p. 227 sq.), adeoque satis diu, ut videtur, post Diodorum *Periegeten :* nam hujus opus *περὶ τῶν μνημάτων* (Voss. l. l. p. 430.) significari puto. Deinde Stephanus transit ad vulgarem traditionem de Sardanapalo, Anchiales Tarsique conditore. *Τινὲς δέ φασι* (sic enim ait) *Σαρδαναπάλον δύο πόλεις κτίσαι, Ἀγχιάλην σὺν Ταρσῷ.* Reliqua hausta sunt e Strabone, qui sua debuit Aristobulo (Fragm. VIII.) Itaque ad Lagidam Ptolemaeum si qua pertineant, priora illa pertinent. Is vero, modo de Anchiales antiquitatibus aliquid in literas retulerit, utique potius cum Aristobulo dicere de monumento Sardanapali, quam hoc misso a Japeti filia originem urbis repetere maluerit. Hoc vero cadit egregie in Ptolemaeum *Euergeten s. Physconem*, quem jam Westermannus l. l. designari conjecit quemque ex Athenaeo (XIV p. 654 B.) libros XXIV *Ὑπομνημάτων* scripsisse novimus, variis de nullis non regionibus rebusque narratiunculis confertos. Geierum fortasse hoc in primis induxit, quod a Stephano non simpliciter laudatur *Πτολεμαῖος*, sed, dignitatis nomine addito, *Πτολεμαῖος βασιλεύς*. Atqui Athenaeum si inspexisset tum l. l., tum II p. 43 E, VI p. 229 D, IX p. 375 D, XII p. 518 F, ubivis eo nomine Physconem Ptolemaeum laudatum vidisset, quo semel Lagi filium dictum legas a Plutarcho *Orat. de Alex.* I. 3 (Fragm. IV.).

peritissimus belli dux eo acriore studio in id incubuit, quod maxime sibi proposuerat, ut consilia Alexandri bellica, prudentiam militarem et egregia in orbe terrarum subigendo facinora diligentius, quam ab aliis factum videret, describeret [1]). Quae summa ut facile cogitur e natura fragmentorum, quae tum aliis scriptoribus, tum vero Arriano [2]) potissimum debe-

1) Nequaquam igitur assentior Heereno, *de fontt. Plut.* p. 64, eam ferenti de Ptolemaei commentariis sententiam, quasi nihil omnino nisi bella spirassent et proelia. «Continuisse sese Ptolemaeum, inquit, in bellorum historia, ex Arriano suspicari licet; quo ipso, quare Plutarchus parum eo usus fuerit, declaratur.»

2) Quatenus et in quibus maxime rebus Arrianus prae Aristobulo aliisque Ptolemaeum secutus sit, dictu adeo est difficile, ut vel in conjectura id vix positum censeam. Falli tamen ille magnopere videtur, qui Arrianum putet *universe* Ptolemaeum pluris fecisse quam Aristobulum. Parem utrique tribuit honorem. Quod enim VI. 2. 4 (Fragm. XXI. Cf. V. 14. 5, Fragm. XVII.) navium numerum recensurus, quibus Alexander in Hydaspe navigavit, Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ait, ᾧ μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι, id nemo erit qui ita accipiat, quasi his verbis Arrianus affirmaverit, se *in universum* prae omnibus aliis Ptolemaeum amplecti ac sequi. Hoc vero unum significat, suspectum sibi esse catalogum navium, a Nearcho confectum, et magis etiam quod mendacissimus scripsit Onesicritus; solam Ptolemaei recensionem se verissimam existimare. Quid? quod de Aristobulo pariter ac Ptolemaeo, quippe ceteris Alexandri scriptoribus multo majore fide dignis, οἷστισι, ait, μᾶλλον ἐγὼ ξυμφέρομαι (VII. 15. 6.), et alibi (V. 7. 1.) iisdem, quibus supra de Ptolemaeo usum dixi, verbis, οἷς μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι, diserte neutrum alteri praeponit? Si quid vero in re dubia admodum et obscura statuendum, hoc quidem haud ita magna temeritate statuere mihi videor, Arriano Ptolemaei commentarios fuisse tanquam fundamentum solidissimum, cui Ἀνάβασιν suam superstrueret; quod novum aedificium quo exsurgeret ornatius et magnificentius, materiem, quam ei amplam praebebat Aristobulus, diligentissime adhibuit. Terrarum, fluviorum, gentium aliarumque rerum descriptiones quum potissimum vel integras ab Aristobulo acciperet, vel ad hujus narrationem proxime componeret, Ptolemaeum tum in primis sectatus est, quum de proeliis commissis urbibusque expugnatis dicendum esset, et maxime quidem, si quibus pugnis sive Alexandri comes seu princeps ipse dux Ptolemaeus interfuisset. Unde libro VII non nisi unus de Cossaeis domitis locus (15. 1 sqq.) ita comparatus est, ut tacite a Ptolemaeo depromptus esse jure statui possit, et pro *decem* Aristobuli fragmentis vix *unum* Ptolemaei proferatur (26. 2, 3.). Quippe extrema Alexandri vita, quae illo libro enarratur, non continuis, ut antea, terebatur bellis, sed do-

mus, ita confirmatur egregio hoc diserto ejusdem scriptoris monito, Ptolemaeum ex omnibus Indiae fluminibus solius

---

mesticis, quae dicuntur, negotiis et amicorum consuetudine lenior multo fluebat. Contra, si librum I spectas, longe alia res est. Hujus ut potior pars in bellis proeliisque describendis versatur, ita toto illo libro Arrianus nusquam Aristobuli meminit, sed unice ad Ptolemaei auctoritatem provocat. Neque id adeo mirum. Quod enim de Aristobulo nec certum est nec verisimile, id de Ptolemaeo constat, inde a prima expeditione eum omnibus fere Alexandri rebus gestis praesentem interfuisse, interdum etiam ejus jussu bellum alio transtulisse. Verbo, libri I argumentum ab Arriano maximam partem e Ptolemaei commentariis expressum reor. Cf. Geierus p. 76. Quod non dubito quin apertum foret, si Strabo et Plutarchus, ut nunc uterque semel Ptolemaeum auctorem laudant, plura fragmenta ejus nomine proferrent, quibuscum Arriani descriptiones possent comparari; id quod nunc vel duobus illis locis egregie comprobatur. Quae enim ex Ptolemaeo de Triballis debellatis Strabo concise enarrat Fragm. I, prolixius apud Arrianum, sed ita explicantur, ut ex eodem fonte ea petita esse luce sit clarius. (Vide annot. ad Fragm. laud.) Qui autem copiarum numerus Alexandro in Asiam trajicienti apud Arrianum datur, paululum ille recedens a recensione Aristobuli, eum ipsum a Ptolemaeo fuisse traditum, Plutarchus ostendit Fragm. IV. Ceterorum librorum quum incerta plane sit ratio, ex his, quoniam hoc agimus, ea tantum indicabo, quae aliqua cum probabilitate Ptolemaeo possunt vindicari. Huc igitur e libro II refero descriptionem proelii ad Issum commissi (7. 1 sqq.), in quo quot ceciderint ex Ptolemaeo recensetur (11. 8. Fragm. V). Libro III eidem videtur deberi narratio de oppugnatione Pylarum Persidis (18. 1—9.). Libro IV plura insunt, quae Ptolemaeum redolent, prouti quae narrantur de prodigio, quod Alexandro Ptolemaeus nuntiavit, duorum fontium, non procul a tentorio Alexandri prope Oxum fl. ortorum (15. 7, 8. Cf. *Itiner. Alex.* a Maio edit. XCVII.); de expeditione contra Sogdianos (16. 2 sqq.), in qua Ptolemaeus quintae exercitus parti praefuit; de Chorienis rupe (21. 1 sqq.); de Aspasiis, Guraeis et Assacenis debellatis (23. 1 sqq.), quo tempore, quamvis leviter sauciatus (l. l. 3.). «Ptolemaeus plurimas urbes, Alexander maximas cepit» (Curt. VIII. 10. 21.), et tum aliis facinoribus, tum duce Indorum ferocissimo prosternendo inclaruit (Fragm. XVI.). Oppugnatio denique rupis Aorni (29. 1 sqq.) eo explicatur modo, ut ab ipso oppugnatore Ptolemaeo non possit non profecta esse narratio. — Libro V descriptionem pugnarum adversus Pori filium et Porum ipsum gestarum (13. 1 sqq.) Arrianus item a Ptolemaeo, Alexandri in hac expeditione comite, si pauca tantum exceperis, integram accepit : nam etsi etiam Aristobuli (Fragm. XXXII.) aliorumque meminit (14. 3, 4.), Ptolemaeo tamen se hoc loco consentire testatur (Fragm. XVII.). In domandis autem Cathaeis quum pariter Ptolemaeus plurimum Alexandrum adjuverit (23. 7 sqq.), non mirum is hic quoque Arrianus illum secutus sit. — Quae tandem libro VI tacite

Acesinis magnitudinem memorasse [1]). Atque haec singularis, sed aridior, ut ita dicam, historiae tractandae ratio jam olim parum placuisse et primaria exstitisse causa videtur, cur Ptolemaei commentarii, paucis lecti, oblivione mature fuerint obliterati.

De Ptolemaei Lagidae vita et commentariis haec disputasse sufficiat. [2]) Unum adjiciam, olim etiam *Epistolas* ejus ad Seleucum aliosque exstitisse, a Dionysodoro collectas. Cujus rei unicus testis est Lucianus, simul pauca quaedam e Dionysodori συναγωγῇ proferens [3]); quae verba ne quis vel praeter-

---

e Ptolemaei opere sint petita, aegre conjectura assequimur. Nam licet Mallos debellaturus Alexander Ptolemaeum copiarum parti praefecisset (5. 6.), ab hoc quid gestum fuerit, non liquet; siquidem quo die validissima Mallorum urbs expugnaretur, se abfuisse cumque aliis barbaris rem gessisse scripsit (Fragm. XXIII.). In itinere Alexandri ad Arabium fl. inque Arabitis et Oritis subigendis magnas fuisse Ptolemaei partes, conjicimus quidem e Diod. Sic. XVII. 104 et Curtio X. 10. 6 sqq.; sed Arrianus (21. 3 sqq.) de ea expeditione agens Ptolemaei prorsus non meminit.

1) V. 20. 8 (Fragm. XIX.).

2) Vix dignus est qui notetur error Harduini (*Ind. Auctt. Plin.*), ubi τὴν Γεωγραφίαν τοῦ θειοτάτου καὶ σοφωτάτου Πτολεμαίου, a Marciano Heracleota laudatam, Ptolemaeo Lagidae obtrudit. Claudii enim Ptolemaei commentarios, fontem suum principem, aperte cogitavit Marcianus, ut dudum Hudsonus animadvertit.

3) *Pro laps. in salut.* X. Quis ille fuerit *Dionysodorus* (non *Dionysiodorus*, ut inepte Belinus conjecit) ignorant omnes. Belinus eundem esse putavit atque *Boeotum* illum, cujus Ἑλληνικὰ laudat Diod. Sic. XV. 95, incertae aetatis hominem. Quae Belini opinio non magis placet quam Vossii (*H. G.* p. 433.), Dionysodorum illum, qui paeana quendam, Socrati a nonnullis vindicatam, eidem abjudicasse fertur (Diog. Laërt. II. 5. 42.), a Boeoto non distinguentis. Equidem nec Dionysodorum criticum, de quo ap. Diog. sermo est, neque editorem Epistolarum Ptolemaei diversum faciam a grammatico Alexandrino, Aristarchi discipulo, quem memoratum legas in Schol. Hom. *Iliad.* (ed. Bekk.) B. 111; neque tandem ab eo, qui περὶ ποταμῶν scripsit et cujus fragmentum affertur ex τοῖς παρὰ τοῖς τραγῳδικοῖς ἡμαρτημένοις vel, ut Westermannus legit ad Voss. l. l., τραγῳδοῖς. Vid. Schol. ad Eurip. *Hippol.* 122, *Rhes.* 504. Idem etiam, de mea certe sententia, existimandus est, qui quartum Cabirorum, Camilum, Mercurium esse dixit, teste Schol. Apoll. Rhod. I. 917. Is vero Dionysodorus quid commune habuerit cum Rhetore, quem Lucianus *Symp.* VI sqq. cum Histiaeo Grammatico aliisque colloquentem inducit, constituere non ausim.

missa desideret, vel subjuncta historicis fragmentis Ptolemaei alienam sedem occupasse putet, optimum factu sit hoc ipso loco totum Luciani testimonium adscribere. Est igitur hujuscemodi:

Πτολεμαῖος ὁ Λάγου Σελεύκῳ ἐπιστέλλων σαφῶς ἀνέστρεψε τὴν τάξιν, ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς ἐπιστολῆς Ὑγιαίνειν αὐτὸν προσειπών, ἐπὶ τέλει δὲ ἀντὶ τοῦ Ἐῤῥῶσθαι ὑπογράψας τὸ Χαίρειν, ὡς Διονυσόδωρος ὁ τὰς Ἐπιστολὰς αὐτοῦ συναγαγών φησιν.

PTOLEMAEI

FRAGMENTA.

PTOLEMAEI

FRAGMENTA.

I.

Strabo VII p. 462 A. B. *Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου, κατὰ τὴν ἐπὶ Θρᾴκας τοὺς ὑπὲρ τοῦ Αἵμου στρατείαν ἐμβαλὼν εἰς Τριβαλλοὺς, ὁρῶν μέχρι τοῦ Ἴστρου καθήκοντας καὶ τῆς ἐν αὐτῷ νήσου Πεύκης, τὰ πέραν δὲ Γέτας ἔχοντας, ἀφῖχθαι λέγεται μέχρι δεῦρο, καὶ ἐς μὲν τὴν νῆσον ἀποβῆναι μὴ δύνασθαι σπάνει πλοίων· ἐκεῖσε γὰρ καταφυγόντα τὸν τῶν Τριβαλλῶν βασιλέα Συρμὸν, ἀντισχεῖν πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν· εἰς δὲ τοὺς Γέτας διαβάντα, ἑλεῖν τὴν αὐτῶν πόλιν, καὶ ἀναστρέψαι διὰ ταχέων εἰς τὴν οἰκείαν, λαβόντα δῶρα τῶν ἐθνῶν καὶ παρὰ τοῦ Σύρμου. Φησὶ δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, κατὰ ταύτην τὴν στρατείαν συμμίξαι τῷ Ἀλεξάνδρῳ Κελτοὺς τοὺς περὶ τὸν Ἀδρίαν, φιλίας καὶ ξενίας χάριν· δεξάμενον δὲ αὐτοὺς φιλοφρόνως τὸν βασιλέα, ἐρέσθαι παρὰ τὸν πότον, τί μάλιστα εἴη ὃ φοβοῖντο, νομίζοντα αὐτὸν ἐρεῖν· αὐτοὺς δ' ἀποκρίνασθαι, ὅτι οὐδένα, πλὴν εἰ ἄρα μὴ ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐπιπέσοι· φιλίαν γε μὴν ἀνδρὸς τοιούτου περὶ παντὸς τίθεσθαι.*

Quo evidentius pateat, quantum in his Arrianus tacite e Ptolemaeo profecerit, id quod supra p. 17 sq. me monere memini, operae pretium est illius narrationem (I. 2. 1 sqq.) cum Strabonis loco conferre. *Αὐτὸς (Ἀλέξανδρος)*, ait Arrianus, *προῄει διὰ τοῦ Αἵμου ἐς Τριβαλλοὺς, καὶ ἀφικνεῖται ἐπὶ τὸν Λύγινον ποταμόν· ἀπέχει δὲ οὗτος ἀπὸ τοῦ Ἴστρου ὡς ἐπὶ τὸν Αἶμον ἰόντι σταθμοὺς τρεῖς. Σύρμος δὲ, ὁ τῶν Τριβαλλῶν βασιλεὺς, ἐκ πολλοῦ πυνθανόμενος τοῦ Ἀλεξάνδρου τὸν στόλον, γυναῖκας μὲν καὶ παῖδας τῶν Τριβαλλῶν προὔπεμψεν ἐπὶ τὸν Ἴστρον, διαβαίνειν κελεύσας τὸν ποταμὸν ἐς νῆσόν τινα τῶν ἐν τῷ Ἴστρῳ· Πεύκη ὄνομα τῇ νήσῳ ἐστίν. Ἐς ταύτην δὲ τὴν νῆσον καὶ οἱ Θρᾶκες οἱ πρόσχωροι τοῖς Τριβαλλοῖς, προσάγοντος Ἀλεξάνδρου, συμπεφευγότες ἦσαν. Καὶ αὐτὸς ὁ Σύρμος ἐς ταύτην ξυμπεφεύγει ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν.* Vides, quam egregie singula Strabonianis concinant; sed Arrianus Ptolemaei velut vestigiis insistit, Strabo e longinquo eum sequitur. Neque in ceteris differunt. Quae enim de prohibita in insulam *ἀποβάσει* hic strictim attingit, deque Getarum oppido capto et acceptis donis, similiter ille, descripta ad Lyginum pugna (Fragm. II.), sed pluribus illustrat 3. 3 sqq. Amicitiae denique foedus cum Celtis initum et responsum legatorum, *δεδιέναι μήποτε ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐμπέσοι*, ita ap. Arrian. 4. 6-8 memoratum legas, ut continuo agnoscas fontem Ptolemaeum. Ceterum de tota illa Alexandri expeditione cons. Droysenus, *Gesch. Alex.* p. 69—73.

II.

Arrian. *Exp. Alex.* I. 2. 7. *Αὐτῶν τῶν Μακεδόνων τελευτῆσαι λέγει Πτολεμαῖος ἱππέας μὲν ἕνδεκα, πεζοὺς δὲ ἀμφὶ τοὺς τεσσαράκοντα.*

Agitur de proelio, quod verno tempore a. 335 haud procul a Lygino amne (Cff. Droysen l. l. et v. d. Chys *Comment. geogr. in Arrian.* p. 4.) cum Triballis commissum est.

III.

Arrian. I. 8. *Λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ὅτι Περδίκκας, προτεταγμένος τῆς φυλακῆς τοῦ στρατοπέδου σὺν τῇ*

αὐτοῦ τάξει καὶ τοῦ χάρακος τῶν πολεμίων οὐ πολὺ ἀφεστηκώς, οὐ προσμείνας παρ' Ἀλεξάνδρου τὸ ἐς τὴν μάχην ξύνθημα, αὐτὸς πρῶτος προσέμιξε τῷ χάρακι καὶ διασπάσας αὐτὸν ἐνέβαλεν ἐς τῶν Θηβαίων τὴν προφυλακήν. Τούτῳ δὲ ἑπόμενος Ἀμύντας ὁ Ἀνδρομένους, ὅτι καὶ ξυντεταγμένος τῷ Περδίκκᾳ ἦν, ἐπήγαγε καὶ αὐτὸς τὴν αὐτοῦ τάξιν, ὡς εἶδε τὸν Περδίκκαν προεληλυθότα εἴσω τοῦ χάρακος. Ταῦτα δὲ ἰδὼν Ἀλέξανδρος, ὡς μὴ μόνοι ἀπολειφθέντες πρὸς τῶν Θηβαίων κινδυνεύσειαν, ἐπῆγε τὴν ἄλλην στρατιάν. Καὶ τοὺς μὲν τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας ἐκδραμεῖν ἐσήμηνεν εἴσω τοῦ χάρακος, τὰ δὲ ἀγήματα καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς ἔτι ἔξω κατεῖχεν. Ἔνθα δὴ Περδίκκας μὲν τοῦ δευτέρου χάρακος εἴσω παρελθεῖν βιαζόμενος, αὐτὸς μὲν βληθεὶς πίπτει αὐτοῦ, καὶ ἀποκομίζεται κακῶς ἔχων ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ χαλεπῶς διεσώθη ἀπὸ τοῦ τραύματος· τοὺς μέντοι Θηβαίους ἐς τὴν κοίλην ὁδὸν τὴν κατὰ τὸ Ἡράκλειον φέρουσαν οἱ ἅμα αὐτῷ εἰσπεσόντες ὁμοῦ τοῖς παρ' Ἀλεξάνδρῳ τοξόταις συνέκλεισαν. Καὶ ἔστε μὲν ἐπὶ τὸ Ἡράκλειον ἀναχωροῦσιν εἵποντο τοῖς Θηβαίοις· ἐντεῦθεν δὲ ἐπιστρεψάντων αὖθις σὺν βοῇ τῶν Θηβαίων φυγὴ τῶν Μακεδόνων γίγνεται· καὶ Εὐρυβώτας τε ὁ Κρὴς πίπτει ὁ ταξάρχης καὶ αὐτῶν τῶν τοξοτῶν ἐς ἑβδομήκοντα· οἱ δὲ λοιποὶ κατέφυγον πρὸς τὸ ἄγημα τὸ τῶν Μακεδόνων καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς τοὺς βασιλικούς. Κἀν τούτῳ Ἀλέξανδρος τοὺς μὲν αὐτοῦ φεύγοντας κατιδών, τοὺς Θηβαίους δὲ λελυκότας ἐν τῇ διώξει τὴν τάξιν, ἐμβάλλει ἐς αὐτοὺς συντεταγμένῃ τῇ φάλαγγι· οἱ δὲ ὠθοῦσι τοὺς Θηβαίους εἴσω τῶν πυλῶν. Καὶ τοῖς Θηβαίοις ἐς τοσόνδε ἡ φυγὴ φοβερὰ ἐγίγνετο, ὥστε διὰ τῶν πυλῶν ὠθούμενοι ἐς τὴν πόλιν οὐκ ἔφθησαν συγκλεῖσαι τὰς πύλας· ἀλλὰ συνεισπίπτουσι γὰρ αὐτοῖς εἴσω τοῦ τείχους ὅσοι τῶν Μακεδόνων ἐγγὺς φευγόντων εἴχοντο, ἅτε καὶ τῶν τειχῶν διὰ τὰς προφυλακὰς τὰς πολλὰς ἐρήμων ὄντων. Καὶ παρελθόντες εἰς τὴν Καδμείαν οἱ μὲν ἐκεῖθεν κατὰ τὸ Ἀμφεῖον σὺν τοῖς κατέχουσι τὴν Καδμείαν ἐξέβαινον ἐς τὴν ἄλλην πόλιν· οἱ δὲ κατὰ τὰ τείχη, ἐχόμενα ἤδη πρὸς τῶν συνεισπεσόντων τοῖς φεύγουσιν, ὑπερβάντες ἐς τὴν ἀγορὰν δρόμῳ ἐφέροντο. Καὶ ὀλίγον μέν τινα χρόνον ἔμειναν οἱ τεταγμένοι τῶν Θηβαίων κατὰ τὸ Ἀμφεῖον· ὡς δὲ πανταχόθεν αὐτοῖς οἱ Μακεδόνες καὶ Ἀλέξανδρος ἄλλοτε ἄλλῃ ἐπιφαινόμενος προσε-

κειντο, οἱ μὲν ἱππεῖς τῶν Θηβαίων διεκπεσόντες διὰ τῆς πόλεως ἐς τὸ πεδίον ἐξέπιπτον, οἱ δὲ πεζοὶ ὡς ἑκάστοις προὐχώρει ἐσώζοντο. Ἔνθα δὴ ὀργῇ οὐχ οὕτως τι οἱ Μακεδόνες, ἀλλὰ Φωκεῖς τε καὶ Πλαταιεῖς καὶ οἱ ἄλλοι δὲ Βοιωτοὶ οὐδὲ ἀμυνομένους ἔτι τοὺς Θηβαίους οὐδενὶ κόσμῳ ἔκτεινον, τοὺς μὲν ἐν ταῖς οἰκίαις ἐπεισπίπτοντες, οὓς δὲ καὶ ἐς ἀλκὴν τετραμμένους, τοὺς δὲ καὶ πρὸς ἱεροῖς ἱκετεύοντας, οὔτε γυναικῶν οὔτε παίδων φειδόμενοι.

Kruegero v. 10 *ἀπολειφθέντες* in *ἀποληφθέντες* mutanti morem non gessi. Illud ut in nullo non libro legitur, ita optime sibi adjunctum habet vocabulum *μόνοι*, quod *ἀποληφθέντες* vix patitur. Totum autem de Thebis expugnatis locum, quod Droyseno quoque l. l. p. 85 placuisse video, vindicandum Ptolemaeo arbitror, rei militaris peritissimo testi, cujus auctoritati fidem Diodori (XVII. 12.), Clitarchum fortasse secuti, lubens postposueris. Cf. porro Droysen. l. l.

IV.

Plutarch. *Orat. de Alex. s. virt. s. fort.* I. 3. *Ἐν τοσαύτῃ πενίᾳ καὶ πράγμασι ταραχὰς ἔχουσιν,— ἐθάῤῥησεν (ὁ Ἀλέξανδρος) ἐλπίσαι Βαβυλῶνα καὶ Σοῦσα, μᾶλλον δὲ τὴν πάντων ἀνθρώπων ἀρχὴν εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι, τοῖς τρισμυρίοις οἴεσθε πεζοῖς καὶ τετρακισχιλίοις ἱππεῦσι πιστεύσας. Τοσοῦτοι γὰρ ἦσαν, ὡς Ἀριστόβουλός φησιν· ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ βασιλεύς, τρισμύριοι πεζοί, πεντακισχίλιοι δὲ ἱππεῖς.*

Ptolemaeum ob oculos habuit Arrianus I. 11. 3, numerans *πεζοὺς μὲν σὺν ψιλοῖς τε καὶ τοξόταις οὐ πολλῷ πλείους τῶν τρισμυρίων, ἱππέας δὲ ὑπὲρ τοὺς πεντακισχιλίους.* Unde, si tanti refert, emendandus Anonymus, cujus *Itinerarium Alexandri* Maius edidit, quum c. XVII Alexandrum profectum scribat, «suorum non plus quam peditum X equitumque comitatum V milibus,» in quibus ex Arriano aperte X mutandum est in XXX. Nam futilissimus ille scriptor, quidquid praestantiae Celeb. Editor et post eum Geierus ei tribuit, qui illum *Ptolemaei auctoritatem diligenter secutum* autumat (p. 74.), in rebus Alexandri enarrandis rivulos ubique pro fontibus sectatur, inque plurimis sordide Arrianum

excerpit; ut infra saepius notabitur. Levissimum inter Aristobuli et Ptolemaei recensiones discrimen de utriusque fide tanto minus detrahit, quanto magis in copiis Alexandri recensendis ceteri scriptores inter se discrepant. Diodorus (XVII. 17.), qui accuratius Alexandri exercitum circumscripsit, numerat *πεζοὺς τρισμυρίους, ἱππεῖς τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους*, adeoque in peditum numero consentit cum Aristobulo et Ptolemaeo, in equitibus vero mediam tenet inter utrumque viam. Duo peditum millia his addit Justinus XI. 6. «In exercitu ejus fuere *peditum triginta duo millia, equitum quatuor millia quingenti.*» Plutarchus *Vit. Alex.* XV: *Τῆς στρατιᾶς*, inquit, *τὸ πλῆθος οἱ μὲν ἐλάχιστον λέγοντες τρισμυρίους πεζοὺς καὶ πεντακισχιλίους ἱππεῖς — ἀναγράφουσιν.* Haud satis recte: quippe est haec recensio Ptolemaei, quo mille equites minus numeravit Aristobulus, ut Fragm. laud. ipse ostendit. At multo major ejusdem error est sic d. l. pergentis: *Οἱ δὲ πλεῖστον, πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους καὶ τρισμυρίους, ἱππέας δὲ τετρακισχιλίους ἀναγράφουσιν.* Quibuscum pugnat primum testimonium Frontini *Strateg.* IV. 2. 4, ut huic quoque locum cedamus, qui ad *quadraginta millia hominum* numerum auget; pugnat porro Callisthenes ap. Polyb. XII. 19: *Φησὶ γὰρ αὐτὸν ποιήσασθαι τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν διάβασιν πεζῶν μὲν ἔχοντα τέτταρας μυριάδας, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους.* Quas quidem copias ita auctas fuisse testatur, ut in Ciliciam invadenti essent *πεζοὶ μὲν τετρακισμύριοι δισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακισχίλιοι.* Refellit tandem Plutarchum Lampsacenus Anaximenes, cujus recensionem statim post Aristobuli et Ptolemaei testimonia ponit ipse *Orat. de Alex.* I. 3: *Ὡς δ' Ἀναξιμένης*, ait, *τετρακισμύριοι πεζοὶ καὶ τρισχίλιοι, πεντακισχίλιοι δὲ καὶ πεντακόσιοι ἱππεῖς·* quem peditum numerum, nescio ubi, Droysenus (p. 94.) transpositis numeralibus legisse videtur, *τρισμύριοι καὶ τετρακισχίλιοι.* Sed vel hac mutatione nihilo magis secum ipse constabit Plutarchus, cui saepius accidere solet, ut de Alexandro alia referat in ejusdem *Vita*, alia in *Orationibus* scribat, in laudem Regis compositis. Verum satis superque dictum de hac histo-

ricorum dissensione, ut vix opus sit Jul. Valerii, insignis mendaciorum fabularumque captatoris, commentum memorare, cui scrupulosam nimirum diligentiam simulanti summam militantium ad 70654 homines augere placuit. Vid. *Rer. gest. Alex.* I. 15.

V.

Arrian. II. 11. 8. *Τῶν Περσῶν ἀπέθανον μὲν Ἀρσάμης καὶ Ῥεομίθρης καὶ Ἀτιζύης τῶν ἐπὶ Γρανικῷ ἡγησαμένων τοῦ ἱππικοῦ. Ἀποθνήσκει δὲ καὶ Σαβάκης ὁ Αἰγύπτου σατράπης καὶ Βουβάκης τῶν ἐντίμων Περσῶν, τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος εἰς δέκα μάλιστα μυριάδας, καὶ ἐν τούτοις ἱππεῖς ὑπὲρ τοὺς μυρίους, ὥστε λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ξυνεπισπόμενος τότε Ἀλεξάνδρῳ, τοὺς μετὰ σφῶν διώκοντας Δαρεῖον, ὡς ἐπὶ φάραγγί τινι ἐν τῇ διώξει ἐγένοντο, ἐπὶ τῶν νεκρῶν διαβῆναι τὴν φάραγγα.*

In nobilioribus Persarum ducibus, qui in hoc ad Issum proelio ceciderunt, apud Diodorum quoque (XVII. 34.) nominantur *Ἀτιζύης* (ut pro *Ἀντιξύης* jam Wessel. scribi jussit) *καὶ Ῥεομίθρης καὶ ὁ τῆς Αἰγύπτου σατράπης Στασιάκης*, vel ut pridem, idque deterius etiam, legebatur *Τασιάκης*. Nam hic quoque *Σαβάκης* restituendum videtur; quomodo etiam Curtio (III. 11. 10.) eosdem memoranti vocatur, ubi cur Muetzellius paucorum codicum auctoritate novam scripturam *Sataces* vulgatae praetulerit, plurimis libris probatae, non perspicio. Universe autem ad Issum ingentem fuisse inter Persas editam stragem, uno ore consentiunt omnes; nec mirum adeo, si hoc ipsum proelium cogitans Plutarchus (*Orat. de Alex.* II. 9.), *αἵματι*, ait, *κεκραμένους ποταμοὺς ἔπιε, καὶ νεκροῖς γεγεφυρωμένους διέβη.* Quo loco firmatus Gronovius veram reddidit Ptolemaeo sententiam, *τοὺς διώκοντας Δαρεῖον, ὡς ἐπὶ φάραγγί τινι ἐν τῇ διώξει ἐγένοντο, ἐπὶ τῶν νεκρῶν διαβῆναι τὴν φάραγγα.* Scribebatur enim *φάλαγγι* et *φάλαγγα*. Vid. ejus et Ellendtii ad h. l. annot. Quem vero Ptolemaeus recensuit caesorum numerum, a Plutarcho *Vit. Alex.* XX integris decem millibus auctum, de eo quid judicandum sit supra p. 15 verbis Droyseni indicavi. Longe moderatius caesus

inter et captivos distinguens Justinus XI : 9 : «Caesa sunt, inquit, peditum unum et sexaginta millia, equitum decem millia; capta quadraginta millia.»

VI.

Arrian. II. 12. 3—5. *Λέγουσί τινες τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων, τῆς νυκτὸς αὐτῆς, ᾗ ἀπὸ τῆς διώξεως τῆς Δαρείου ἐπανῆκεν, ἐς τὴν σκηνὴν παρελθόντα αὐτὸν τὴν Δαρείου, ἥτις αὐτῷ ἐξῃρημένη ἦν, ἀκοῦσαι γυναικῶν οἰμωγὴν, καὶ ἄλλον τοιοῦτον θόρυβον οὐ πόῤῥω τῆς σκήνης. Πυθέσθαι οὖν, αἵτινες γυναῖκες, καὶ ἀνθ᾽ ὅτου οὕτως ἐγγὺς παρασκηνοῦσαι. Καί τινα ἐξαγγεῖλαι, ὅτι· «Ὦ βασιλεῦ, ἡ μήτηρ τε καὶ ἡ γύνη Δαρείου καὶ οἱ παῖδες, ὡς ἐξηγγέλθη αὐταῖς, ὅτι τὸ τόξον τε τοῦ Δαρείου ἔχεις καὶ τὸν κάνδυν τὸν βασιλικὸν, καὶ ἡ ἀσπὶς ὅτι κεκόμισται ὀπίσω ἡ Δαρείου, ὡς ἐπὶ τεθνεῶτι Δαρείῳ ἀνοιμώζουσιν.» Ταῦτα ἀκούσαντα Ἀλέξανδρον, πέμψαι πρὸς αὐτὰς Λεοννάτον, ἕνα τῶν ἑταίρων, ἐντειλάμενον φράσαι, ὅτι ζῇ Δαρεῖος· τὰ δὲ ὅπλα καὶ τὸν κάνδυν ὅτι φεύγων ἀπέλιπεν ἐπὶ τῷ ἅρματι, καὶ ταῦτα ὅτι μόνα ἔχει Ἀλέξανδρος. Καὶ Λεοννάτον παρελθόντα ἐς τὴν σκηνὴν, τά τε περὶ Δαρείου εἰπεῖν, καὶ ὅτι τὴν θεραπείαν αὐταῖς ξυγχωρεῖ Ἀλέξανδρος τὴν βασιλικὴν καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, καὶ καλεῖσθαι βασιλίσσας. Ἐπεὶ οὐ κατὰ ἔχθραν οἱ γενέσθαι τὸν πόλεμον πρὸς Δαρεῖον, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀσίας διαπεπολεμῆσθαι ἐννόμως. Ταῦτα μὲν Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος λέγουσι.*

Ejusdem rei meminerunt Plutarchus l. l. XXI, Diodorus XVII. 37 et Curtius III. 12. 3 sqq., sed sua quisque ratione, ut singulis narratio ex alio fonte manasse videatur.

VII.

Arrian. III. 3. 4, 5. *Ἐπλανᾶτο ἡ στρατιὰ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ οἱ ἡγεμόνες τῆς ὁδοῦ ἀμφίβολοι ἦσαν. Πτολεμαῖος μὲν δὴ ὁ Λάγου λέγει, δράκοντας δύο ἰέναι πρὸ τοῦ στρατεύματος, φωνὴν ἰέντας, καὶ τούτοις Ἀλέξανδρον κελεῦσαι ἕπεσθαι τοὺς ἡγεμόνας, πιστεύσαντας τῷ θείῳ· τοὺς δὲ ἡγήσασθαι τὴ ὁδὸν τήν τε ἐς τὸ μαντεῖον καὶ ὀπίσω αὖθις.*

De *corvis* viae ducibus narrarunt ceteri, quos laudatos videas ad Aristob. Fragm. XI; de *draconibus* unus Ptolemaeus. Arrianum, nec vero Ptolemaeum ipsum, ut contendit Geierus p. 74, consuluit Auctor *Itiner. Alex.* L. Quae enim scribit: «Duos corvos draconesve praevios ivisse aiunt *inimici fabularum*», iis quis tam coecus est quin exprimi videat Arriani locum, Ptolemaeum et Aristobulum laudantis? Nec magis àssentior Geiero, ubi totam de draconibus narratiunculam piae Ptolemaei fraudi tribuit, Ammoni Deo vicissim gratificantis, quippe cujus nutu Rhodiis ante concessum esset, ut Ptolemaeum *Σωτῆρα* divinis honoribus colerent. Cf. p. 15. Quae interpretatio mirum quantum friget. Quasi enim draconibus inducendis Ptolemaeus melius de Ammone meruisset, quam corvis Aristobulus et Callisthenes. Utrumcunque mavis, corvos an dracones, fabula narratur, quam dubito an qui naturali e causa repetunt recte expediant. Mihi Westermannus *Comment. de Callisth.* II. 2 p. 16 acu rem tangere videtur, quando commentum esse putat aut ipsius Alexandri aut adulatorum ejus et amicorum. «Quippe, ait, tantis in periculis plurimum intererat Alexandri, ut praesens esse divinum numen milites crederent, ac sic demum et res eius maiorem splendorem et oracula mox edenda maiorem apud homines credulos fidem videbantur esse habitura. Quod utut erat, rumor adflavit, serpsit, volitavit per ora militum; nemo viderat, sed crediderunt omnes, brevique miraculi commentum penitus in animos sese insinuavit, adeo ut ne prudentiores quidem de rei veritate dubitarent; quanquam quosdam suspicor fidem simulasse, ne quid de splendore factorum Alexandri temere detrahere velle viderentur.» Quod Viri Celeb. judicium quam verum sit, palam est ex hoc Philotae dicterio, quod apud Plutarchum legitur *Orat. de Alex.* II. 7 : *Ποῦ ὁ Ἄμμων, ποῦ δὲ οἱ δράκοντες, ἂν ἡμεῖς μὴ θέλωμεν;*

VIII.

Arrian. III. 4. 5. *Ἀκούσας* (*Ἀλέξανδρος*) *ὅσα αὐτῷ πρὸς θυμοῦ ἦν, ὡς ἔλεγεν, ἀνέζευξεν ἐπ᾽ Αἰγύπτου, ὡς μὲν Ἀρι-*

στόβουλος λέγει, τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδόν· ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἄλλην εὐθεῖαν, ὡς ἐπὶ Μέμφιν.

Ptolemaeo favet, Arrianum de more secutus, Auctor *Itin. Alex.* LIII. Sane si, quod praeterquam Arriano etiam Plutarcho (*Vit. Alex.* XXVI.) placet, conditam Alexandriam credimus ante iter ad Ammonem, est simul quod credamus, Alexandrum brevissima via Memphin petere maluisse, quam per tot devias ambages fessas copias in Aegyptum reducere. At haec non ita explorata res est, ut omnium scriptorum plausum ferat. Nam Diodorus XVII. 52, Curtius IV. 8. 1 sqq., Justinus XI. 11, quibus accedit Jul. Valerius I. 18 sqq., omnes conditam urbem testantur post consultum oraculum. «Alexander (ait Curtius), ab Hammone rediens, — elegit urbi locum, ubi nunc est Alexandria —, et qui exaedificandae urbi praeëssent relictis, Memphin petit.» Quam litem si qui recte componunt, Alexandrum bis eum locum adiisse statuentes, ut quum primum appulsus esset novae urbis jecerit fundamenta, quum iterum venisset, curaverit et ordinaverit interiora; ne sic quidem commode solvitur de Alexandri itinere quaestio. Licet igitur hac in re Ptolemaei, Aegypti Regis, fides aliquanto major videri possit, in tanta tamen scriptorum discordia nihil quidquam dirimere praestat, quam in illius partes cum Droyseno (p. 214.) abire, contra quem ad Aristobuli fidem tuendam etiam Jul. Valerii testimonio uterer, si qua esset huic scriptori in re dubia auctoritas : nam per Paraetonium Alexandriam, hinc Memphin iter susceptum fuisse diserte declarat.

IX.

Arrian. VI. 11. 4—6. *Τὴν τελευταίαν μάχην τὴν πρὸς Δαρεῖον γενομένην, καθ' ἥντινα ἔφυγε Δαρεῖος, — πρὸς Ἀρβήλοις γενέσθαι ὁ πᾶς λόγος κατέχει. — Ἄρβηλα δὲ τοῦ χώρου, ἐν ᾧ τὴν ἐσχάτην μάχην Δαρεῖός τε καὶ Ἀλέξανδρος ἐμαχέσαντο, οἱ μὲν τὰ πλεῖστα ξυγγράψαντες λέγουσιν, ὅτι ἑξακοσίους σταδίους ἀπέχει· οἱ δὲ τὰ ἐλάχιστα, ὅτι ἐς πεντακοσίους. Ἀλλὰ ἐν Γαυγαμήλοις γὰρ γενέσθαι τὴν μάχην πρὸς τῷ ποταμῷ Βουμώδῳ, λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβου-*

λος. Πόλις δὲ οὐκ ἦν τὰ Γαυγάμηλα, ἀλλὰ κώμη μεγάλη, οὐδὲ ὀνομαστὸς ὁ χῶρος, οὐδὲ εἰς ἀκοὴν ἡδὺ τὸ ὄνομα.

Jam supra III. 8. 7 de proelio expositurus id verbo monuerat Arrianus. *Ἐστρατοπεδεύκει Δαρεῖος*, inquit, *ἐν Γαυγαμήλοις πρὸς ποταμῷ Βουμώδῳ, ἀπέχων Ἀρβήλων τῆς πόλεως ὅσον ἑξακοσίους σταδίους·* de quo intervallo, ab Auctore *Itin. Alex.* LXIV ex Arriano recepta, cf. Muetzellius ad Curt. p. 358 sqq. Ceteri scriptores, qui ejusdem pugnae meminerunt, factam ad *Arbela* tradunt, si praeter Ammian. Marcell. XXIII. 6 et Strabonem XVI p. 1072 A, cujus locus ad Aristob. Fragm. XIII proferetur, Plutarchum excipimus *Vit. Alex.* XXXI et Curtium IV. 9. 9 sq., quorum tamen ille alibi (*Vit. Camill.* XIX, *Orat. de Alex.* II. 7 init., *Reg. Apophth.* VIII p. 101 ed. Hutten.) proelium *Arbelense* commemorat. Curtius autem quamquam non facit Gaugamelorum mentionem, tamen communis ceterorum erroris expers est; sed amni *Boumelum* dat nomen, dare saltem videtur, variante maxime codicum scriptura. Atque sic etiam olim apud Arrianum legebatur. Cf. Ellendtius I p. 270, II p. 281. Auctor *Itinerarii*, ut in nominibus scribendis sordidus esse solet, *Bulemum* vocat; unde si illum quoque in Arriano *Βουμήλῳ* legisse recte efficio, eo magis adducor ut hoc verum fluvii nomen esse credam, hodie *Gomel* appellati. Vid. Muetzell. l. l. p. 288. Vici nomen in *Itinerario* est *Causamela*, apud Plutarchum *Gausamela*. *Gaugamela* vero rescribendum esse, quod *μεθερμηνευθὲν ἐστὶ καμήλου οἶκος*, ut ait Strabo l. l., probat cum Arriano ceterisque Stephanus Byz. s. v. p. 89, 33, testem citans Apollodorum.

X.

Arrian. III. 17. 6. *Ταῦτα τὰ γέρα παρ' Ἀλεξάνδρου λαβόντες (Οὔξιοι), χαλεπῶς εὕροντο δεόμενοι παρ' αὐτοῦ, τὴν χώραν τὴν σφῶν ἔχοντες φόρους ὅσα ἔτη Ἀλεξάνδρῳ ἀποφέρειν. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου λέγει, τὴν Δαρείου μητέρα δεηθῆναι ὑπὲρ αὐτῶν Ἀλεξάνδρου, δοῦναί σφισι τὴν χώραν οἰκεῖν.*

Uxiorum rogatu Darii matrem, Sisygambin, veniam pro ea gente ab Alexandro et petiisse et impetrasse, auctor itidem est Curtius V. 3. 13 sqq. Alii, ut innuit etiam Arrianus, Uxiis ipsis petentibus datam veniam tradiderunt. Atque hinc patet, quo jure Ellendtius ex codicibus *εὕροντο* receperit pro activo *εὗρον*. Vid. ejus annot.

XI.

Arrian. III. 26. *Ἐνταῦθα καὶ τὴν Φιλώτα ἐπιβουλὴν τοῦ Παρμενίωνος ἔμαθεν Ἀλέξανδρος. Καὶ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος, ὅτι προηγγελμένην ἤδη οἱ καὶ πρότερον ἐν Αἰγύπτῳ· οὐ μέντοι πιστή γε ἐφάνη τῆς τε φιλίας τῆς πάλαι εἵνεκα καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ ἐς Παρμενίωνά τε τὸν πατέρα τὸν Φιλώτα τιμῆς καὶ ἐς αὐτὸν Φιλώταν πίστεως. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου λέγει, εἰσαχθῆναι ἐς Μακεδόνας Φιλώταν, καὶ κατηγορῆσαι μὲν αὐτοῦ ἰσχυρῶς Ἀλέξανδρον, ἀπολογήσασθαι δὲ αὐτὸν Φιλώταν· καὶ τοὺς ἐπιμηνυτὰς τοῦ ἔργου, παρελθόντας ἐξελέγξαι Φιλώταν τε καὶ τοὺς ἀμφ᾽ αὐτὸν ἄλλοις τε ἐλέγχοις οὐκ ἀφανέσι, καὶ μάλιστα δὴ ὅτι αὐτὸς Φιλώτας πεπύσθαι μὲν ἐπιβουλήν τινα Ἀλεξάνδρῳ παρασκευαζομένην συνέφη, ἐξηλέγχετο δὲ κατασιωπήσας ταύτην πρὸς Ἀλέξανδρον, καίτοι δὶς ἐπὶ τὴν σκηνὴν ὁσημέραι τὴν Ἀλεξάνδρου φοιτῶν. Καὶ Φιλώταν μὲν κατακοντισθῆναι πρὸς τῶν Μακεδόνων, καὶ ὅσοι ἄλλοι μετέσχον αὐτῷ τῆς ἐπιβουλῆς· ἐπὶ Παρμενίωνα δὲ σταλῆναι Πολυδάμαντα, ἕνα τῶν ἑταίρων, γράμματα φέροντα παρ᾽ Ἀλεξάνδρου πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἐν Μηδίᾳ, Κλέανδρόν τε καὶ Σιτάλκην καὶ Μενίδαν· οὗτοι γὰρ ἐπὶ τῆς στρατιᾶς, ἧς ἦρχε Παρμενίων, τεταγμένοι ἦσαν. Καὶ πρὸς τούτων ἀποθανεῖν Παρμενίωνα, τυχὸν μὲν ὅτι οὐ πιστὸν ἐδόκει εἶναι Ἀλεξάνδρῳ, Φιλώτα ἐπιβουλεύοντος, μὴ ξυμμετασχεῖν Παρμενίωνα τῷ παιδὶ τοῦ ἐπιβουλεύματος· τυχὸν δὲ ὅτι, εἰ καὶ μὴ ξυμμετέσχε, σφαλερὸς ἤδη ἦν περιὼν Παρμενίων, τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ἀνῃρημένου, ἐν τοσαύτῃ ὢν ἀξιώσει παρά τε αὐτῷ Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἐς τὸ ἄλλο στράτευμα, μὴ ὅτι τὸ Μακεδονικὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ξένων, ὧν πολλάκις καὶ ἐν μέρει καὶ παρὰ τὸ μέρος κατὰ πρόσταξιν τὴν Ἀλεξάνδρου ξὺν χάριτ, ἐξηγεῖτο.*

Paucis hac de re absolvit Strabo XV p. 1054 C. D; sed ampla in primis est Curtii descriptio VI. 7. 18 sqq., quacum prae aliis cff. quae habent Diod. Sic. XVII. 79 sqq. et Plutarch. *Vit. Alex.* XLVIII sqq. Qui quidem omnes, in summa rei Ptolemaeo et sibi suffragati, versantur maxime in illustrando, quod h. l. scribit ille, *ὅτι αὐτὸς Φιλώτας πεπύσθαι μὲν ἐπιβουλήν τινα Ἀλεξάνδρῳ παρασκευαζομένην συνέφη, ἐξηλέγχετο δὲ κατασιωπήσας ταύτην πρὸς Ἀλέξανδρον.* Quod autem cum illo Aristobulus contendisse dicitur, ipsius Philotae insidias Alexandro fuisse jam *pridem nuntiatas* (*προηγγελμένην* enim retinendum, nec mutandum in *προσηγγελμένην*, quod, quamvis dubitanter, rescripsit Ellendtius); id accipio de indicio Antigones, quae Philotae amica, quidquid is inter pocula Regi maledixerat, denuntiare Alexandro solebat. *Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος*, addit Plutarchus, *καίπερ καρτερᾶς ἐνδείξεως κατὰ τοῦ Φιλώτου προσπεσούσης, ἐκαρτέρησε σιωπῇ καὶ κατέσχεν, εἴτε θαῤῥῶν τῇ Παρμενίωνος εὐνοίᾳ πρὸς αὐτὸν, εἴτε δεδιὼς τὴν δόξαν αὐτῶν καὶ τὴν δύναμιν.* Cff. quae leguntur *Orat. de Alex.* II. 7.

XII.

Arrian. III. 29. 6 — 30. 5. *Περάσας τὸν Ὦξον ποταμὸν* (*Ἀλέξανδρος*) *ἦγε κατὰ σπουδὴν, ἵνα Βῆσσον εἶναι ξὺν τῇ δυνάμει ἐπυνθάνετο. Καὶ ἐν τούτῳ ἀφικνοῦνται παρὰ Σπιταμένους καὶ Δαταφέρνου πρὸς αὐτὸν ἀγγέλλοντες, ὅτι Σπιταμένης καὶ Δαταφέρνης, εἰ πεμφθείη αὐτοῖς καὶ ὀλίγη στρατιὰ καὶ ἡγεμὼν τῇ στρατιᾷ, ξυλλήψονται Βῆσσον καὶ παραδώσουσιν Ἀλεξάνδρῳ· ἐπεὶ καὶ νῦν ἀδέσμῳ φυλακῇ φυλάσσεσθαι πρὸς αὐτῶν Βῆσσον. Ταῦτα ὡς ἤκουσεν Ἀλέξανδρος, αὐτὸς μὲν ἀναπαύων ἦγε τὴν στρατιὰν σχολαίτερον ἢ πρόσθεν· Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγου ἀποστέλλει τῶν τε ἑταίρων ἱππαρχίας τρεῖς ἄγοντα καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς ξύμπαντας, πεζῶν δὲ τήν τε Φιλώτα τάξιν καὶ τῶν ὑπασπιστῶν χιλιαρχίαν μίαν καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας πάντας καὶ τῶν τοξοτῶν τοὺς ἡμίσεας, σπουδῇ ἐλαύνειν κελεύσας ὡς Σπιταμένην τε καὶ Δαταφέρνην. Καὶ Πτολεμαῖος ᾔει ὡς ἐτέτακτο, καὶ διελθὼν ἐν ἡμέραις τέσσαρσι σταθμοὺς δέκα ἀφικνεῖται ἐς τὸ στρατόπεδον, οὗ τῇ*

προτεραίᾳ ηὐλισμένοι ἦσαν οἱ ἀμφὶ τὸν Σπιταμένην βάρβαροι. Ἐνταῦθα ἔμαθε Πτολεμαῖος, ὅτι οὐ βεβαία τῷ Σπιταμένῃ καὶ Δαταφέρνῃ ἡ γνώμη ἐστὶν ἀμφὶ τῇ παραδόσει τοῦ Βήσσου. Τοὺς μὲν δὴ πεζοὺς κατέλιπε, προστάξας ἕπεσθαι ἐν τάξει, αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς ἱππεῦσιν ἐλάσας ἀφίκετο πρὸς κώμην τινὰ, ἵν' ὁ Βῆσσος ἦν ξὺν ὀλίγοις στρατιώταις. Οἱ γὰρ ἀμφὶ τὸν Σπιταμένην μετακεχωρήκεσαν ἤδη ἐκεῖθεν, καταιδεσθέντες αὐτοὶ παραδοῦναι τὸν Βῆσσον. Πτολεμαῖος δὲ, περιστήσας ἐν κύκλῳ τῆς κώμης τοὺς ἱππέας, (ἦν γάρ τι καὶ τεῖχος περιβεβλημένον καὶ πύλαι κατ' αὐτό) ἐπεκηρυκεύετο τοῖς ἐν τῇ κώμῃ βαρβάροις, ἀπαθεῖς σφᾶς ἀπαλλάσσεσθαι παραδόντας Βῆσσον· οἱ δὲ ἐδέχοντο τοὺς ξὺν Πτολεμαίῳ ἐς τὴν κώμην. Καὶ Πτολεμαῖος ξυλλαβὼν Βῆσσον ὀπίσω ἐπανήει· προπέμψας δὲ ἤρετο Ἀλέξανδρον, ὅπως χρὴ ἐς ὄψιν ἄγειν Ἀλεξάνδρου Βῆσσον. Καὶ Ἀλέξανδρος γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήσαντα οὕτως ἄγειν ἐκέλευσε καὶ καταστήσαντα ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ, ᾗ αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ παρελάσεσθαι ἔμελλε. Καὶ Πτολεμαῖος οὕτως ἐποίησεν. Ἀλέξανδρος δὲ, ἰδὼν τὸν Βῆσσον, ἐπιστήσας τὸ ἅρμα ἤρετο, ἀνθ' ὅτου τὸν βασιλέα τὸν αὑτοῦ καὶ ἅμα οἰκεῖον καὶ εὐεργέτην γενόμενον, Δαρεῖον, τὰ μὲν πρῶτα ξυνέλαβε καὶ δήσας ἦγεν, ἔπειτα ἀπέκτεινε. Καὶ ὁ Βῆσσος οὐ μόνῳ οἷ ταῦτα δόξαντα πρᾶξαι ἔφη, ἀλλὰ ξὺν τοῖς τότε ἀμφὶ Δαρεῖον οὖσιν, ὡς σωτηρίαν σφίσιν εὑρέσθαι παρ' Ἀλεξάνδρου. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ τοῖσδε μαστιγοῦν ἐκέλευεν αὐτὸν, καὶ ἐπιλέγειν τὸν κήρυκα ταὐτὰ ἐκεῖνα, ὅσα αὐτὸς τῷ Βήσσῳ ἐν τῇ πύστει ὠνείδισε. Βῆσσος μὲν δὴ οὕτως αἰκισθεὶς ἀποπέμπεται ἐς Βάκτρα ἀποθανούμενος. Καὶ ταῦτα Πτολεμαῖος ὑπερ Βήσσου ἀνέγραψεν.

Hunc locum ut vindicarem omnem locupletissimo testi Ptolemaeo, vix opus erat expressis Arriani verbis : *Ταῦτα Πτολεμαῖος ὑπὲρ Βήσσου ἀνέγραψεν*, oppositurі statim quae minus recte scripserat Aristobulus, scripserant item alii, Bessum non a Ptolemaeo captum Regique traditum, sed a Spitamene et Datapherne. Vid. ad Aristob. Fragm. XX. Idem tamen Ptolemaei fragmentum, quod ex Arriano excerptum legas in *Itin. Alex.* LXXVIII, non dubito quin extrema parte mancum sit. Sileo verba *ταῦτα ἐκεῖνα — πίστει ὠνείδισε*, quippe nunc Schneideri et Kruegeri opera in integrum resti-

tuta; sed quae ultimo loco leguntur, *ἀποπέμπεται ἐς Βάκτρα ἀποθανούμενος*, sana esse vix mihi persuadeo. Neque enim ita vere dici potest, siquidem, quod in confesso est, non Bactris Bessus crudelissimas poenas persolvit, sed Ecbatanis. Ipse Arrianus proximo libro (IV. 7. 3.) : *Ἐκέλευσεν αὐτὸν*, ait, *ἐς Ἐκβάτανα ἄγεσθαι, ὡς ἐκεῖ — ἀποθανούμενον*. Quapropter, nisi me fallunt omnia, locus ille hoc modo emendandus est : *ἀποπέμπεται ἐς Βάκτρα, εἶτ' ἐς Ἐκβάτανα ἀποθανούμενος*, quae in superiorum literarum verborumque similitudine omitti facile potuerunt.

XIII.

Arrian. IV. 3. 5. *Τὴν ἑβδόμην (Σκυθῶν) πόλιν ἐξ ἐφόδου ἔλαβε, Πτολεμαῖος μὲν λέγει ὅτι αὐτοὺς σφᾶς ἐνδόντας, Ἀριστόβουλος δὲ ὅτι βίᾳ καὶ ταύτην ἐξεῖλε, καὶ ὅτι πάντας τοὺς καταληφθέντας ἐν αὐτῇ ἀπέκτεινε. Πτολεμαῖος δὲ κατανεῖμαι λέγει αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους τῇ στρατιᾷ καὶ δεδεμένους κελεῦσαι φυλάττεσθαι, ἔστ' ἂν ἐκ τῆς χώρας ἀπαλλάττηται αὐτὸς, ὡς μηδένα ἀπολείπεσθαι τῶν τὴν ἀπόστασιν πραξάντων.*

Agitur fortasse de urbe Memacenorum, cujus obsidionem ornate magis quam vere describere videtur Curtius VII. 6. 17 sqq., in hoc non Ptolemaeo, sed Aristobulo (Fragm. XXII.) assensus, quod eam vi captam cessisse Alexandro refert.

XIV.

Arrian. IV. 13. 7, 14. 1. *Τῇ ὑστεραίᾳ Ἐπιμένης ὁ Ἀρσέου τῶν μετεχόντων τῆς ἐπιβουλῆς φράζει τὴν πρᾶξιν Χαρικλεῖ τῷ Μενάνδρου, ἐραστῇ ἑαυτοῦ γεγονότι· Χαρικλῆς δὲ φράζει Εὐρυλόχῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ Ἐπιμένους· καὶ ὁ Εὐρύλοχος ἐλθὼν ἐπὶ τὴν σκηνὴν [τὴν] Ἀλεξάνδρου, Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου τῷ σωματοφύλακι καταλέγει ἅπαν τὸ πρᾶγμα· ὁ δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἔφρασε. Καὶ Ἀλέξανδρος ξυλλαβεῖν κελεύει, ὧν τὰ ὀνόματα εἶπεν ὁ Εὐρύλοχος· καὶ οὗτοι στρεβλούμενοι σφῶν τε αὐτῶν κατεῖπον τὴν ἐπιβουλὴν, καί τινας καὶ ἄλλους ὠνόμασαν. Ἀριστόβουλος μὲν λέγει, ὅτι καὶ Καλλισθένην ἐπᾶραι σφᾶς*

ἔφασαν ἐς τὸ τόλμημα, καὶ Πτολεμαῖος ὡσαύτως λέγει· οἱ δὲ πολλοὶ οὐ ταύτῃ λέγουσιν.

De hac *παίδων* conjuratione, uti de supplicio Callisthenis, quod sequenti Fragmento memoratur, disputationem differo ad Aristob. Fragm. XXVII et XXVIII.

XV.

Arrian. IV. 14. 3. *Καλλισθένην Ἀριστόβουλος μὲν λέγει δεδεμένον ἐν πέδαις ξυμπεριάγεσθαι τῇ στρατιᾷ, ἔπειτα νόσῳ τελευτῆσαι· Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου στρεβλωθέντα καὶ κρεμασθέντα ἀποθανεῖν.*

XVI.

Arrian. IV. 24. 3 — 25. 4. *Τὸν ἡγεμόνα αὐτὸν τῶν ταύτῃ Ἰνδῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου πρός τινι ἤδη γηλόφῳ ὄντα κατιδών, καὶ τῶν ὑπασπιστῶν ἔστιν οὓς ἀμφ᾽ αὐτὸν, ξὺν πολὺ ἐλάττοσιν αὐτὸς ὤν, ὅμως ἐδίωκεν ἔτι ἐκ τοῦ ἵππου· ὡς δὲ χαλεπὸς ὁ γήλοφος τῷ ἵππῳ ἀναδραμεῖν ἦν, τοῦτον μὲν αὐτοῦ καταλείπει, παραδοὺς τινι τῶν ὑπασπιστῶν ἄγειν· αὐτὸς δὲ, ὡς εἶχε, πεζὸς τῷ Ἰνδῷ εἵπετο. Ὁ δὲ, ὡς πελάζοντα ἤδη κατεῖδε τὸν Πτολεμαῖον, αὐτός τε μεταβάλλει ἐς τοὔμπαλιν καὶ οἱ ὑπασπισταὶ ξὺν αὐτῷ. Καὶ ὁ μὲν Ἰνδὸς τοῦ Πτολεμαίου διὰ τοῦ θώρακος παίει ἐκ χειρὸς ἐς τὸ στῆθος ξυστῷ μακρῷ, καὶ ὁ θώραξ ἔσχε τὴν πληγήν· Πτολεμαῖος δὲ, τὸν μηρὸν διαμπὰξ βαλὼν τοῦ Ἰνδοῦ, καταβάλλει τε καὶ σκυλεύει αὐτόν. Ὡς δὲ τὸν ἡγεμόνα σφῶν κείμενον οἱ ἀμφ᾽ αὐτὸν εἶδον, οὗτοι μὲν οὐκέτι ἔμενον· οἱ δὲ, ἐκ τῶν ὀρῶν αἰρόμενον τὸν νεκρὸν τοῦ ὑπάρχου ἰδόντες πρὸς τῶν πολεμίων, ἤλγησάν τε καὶ καταδραμόντες ξυνάπτουσιν ἐπ᾽ αὐτῷ μάχην καρτερὰν πρὸς τῷ γηλόφῳ. Ἤδη γὰρ καὶ Ἀλέξανδρος, ἔχων τοὺς ἀπὸ τῶν ἵππων καταβεβηκότας πεζοὺς, πρὸς τῷ γηλόφῳ ἦν. Καὶ οὗτοι ἐπιγενόμενοι μόγις ἐξέωσαν τοὺς Ἰνδοὺς ἐς τὰ ὄρη καὶ τοῦ νεκροῦ ἐκράτησαν. Ὑπερβαλὼν δὲ τὰ ὄρη Ἀλέξανδρος ἐς πόλιν κατῆλθεν, ᾗ ὄνομα ἦν Ἀριγαῖον· καὶ ταύτην καταλαμβάνει ἐμπεπρησμένην ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων καὶ τοὺς ἀνθρώπους πεφευγότας. Ἐνταῦθα δὲ ἀφίκοντο αὐτῷ καὶ οἱ ἀμφὶ Κρά-*

τερον ξὺν τῇ στρατιᾷ, πεπραγμένων σφίσι ξυμπάντων, ὅσα ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐτέτακτο. Ταύτην μὲν δὴ τὴν πόλιν, ὅτι ἐν ἐπικαίρῳ χωρίῳ ἐδόκει ᾠκίσθαι, ἐκτειχίσαι τε προστάσσει Κρατέρῳ καὶ ξυνοικίσαι ἐς αὐτὴν τούς τε προσχώρους ὅσοι ἐθελονταὶ, καὶ εἰ δή τινες ἀπόμαχοι τῆς στρατιᾶς· αὐτὸς δὲ προὐχώρει, ἵνα ξυμπεφευγέναι ἐπυνθάνετο τοὺς πολλοὺς τῶν ταύτῃ βαρβάρων. Ἐλθὼν δὲ πρός τι ὄρος, κατεστρατοπέδευσεν ὑπὸ ταῖς ὑπωρείαις τοῦ ὄρους.

Καὶ ἐν τούτῳ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἐκπεμφθεὶς μὲν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐς προνομὴν, προελθὼν δὲ προσωτέρω αὐτὸς ξὺν ὀλίγοις ὡς ἐς κατασκοπὴν, ἀπαγγέλλει Ἀλεξάνδρῳ πυρὰ κατιδεῖν τῶν βαρβάρων πλείονα ἢ ἐν τῷ Ἀλεξάνδρου στρατοπέδῳ. Καὶ Ἀλέξανδρος τῷ μὲν πλήθει τῶν πυρῶν ἠπίστησεν, εἶναι δέ τι ξυνεστηκὸς τῶν ταύτῃ βαρβάρων αἰσθόμενος, μέρος μὲν τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ καταλείπει πρὸς τῷ ὄρει ὡς εἶχον ἐστρατοπεδευμένους· αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν ὅσοι ἀποχρῶντες ἐς τὰ ἀπηγγελμένα ἐφαίνοντο, ὡς πλησίον ἤδη ἀφεώρων τὰ πυρὰ, τριχῇ διανέμει τὴν στρατιάν. Καὶ τῷ μὲν ἑνὶ ἐπέταξε Λεοννάτον τὸν σωματοφύλακα, ξυντάξας αὐτῷ τήν τε Ἀττάλου καὶ τὴν Βαλάκρου τάξιν· τὴν δευτέραν δὲ μοῖραν Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου ἄγειν ἔδωκε, τῶν τε ὑπασπιστῶν τῶν βασιλικῶν τὸ τρίτον μέρος καὶ τὴν Φιλίππου καὶ Φιλώτα τάξιν καὶ δύο χιλιαρχίας τῶν τοξοτῶν καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τῶν ἱππέων τοὺς ἡμίσεας· τὴν δὲ τρίτην μοῖραν αὐτὸς ἦγεν, ἵνα οἱ πλεῖστοι τῶν βαρβάρων ἐφαίνοντο. Οἱ δὲ, ὡς ᾔσθοντο προσάγοντας τοὺς Μακεδόνας (κατεῖχον γὰρ χωρία ὑπερδέξια) τῷ τε πλήθει σφῶν θαρσήσαντες καὶ τῶν Μακεδόνων, ὅτι ὀλίγοι ἐφαίνοντο, καταφρονήσαντες, ἐς τὸ πεδίον ὑποκατέβησαν· καὶ μάχη γίγνεται καρτερά. Ἀλλὰ τούτους μὲν οὐ ξὺν πόνῳ ἐνίκα Ἀλέξανδρος· οἱ δὲ ἀμφὶ Πτολεμαῖον οὐκ ἐν τῷ ὁμαλῷ παρετάξαντο, ἀλλὰ γήλοφον γὰρ κατεῖχον οἱ βάρβαροι, ὀρθίους ποιήσαντες τοὺς λόχους. Πτολεμαῖος προσῆγεν ᾗπερ ἐπιμαχώτατον τοῦ λόφου ἐφαίνετο, οὐ πάντῃ τὸν λόφον κυκλωσάμενος, ἀλλ' ἀπολιπὼν, εἰ φεύγειν ἐθέλοιεν οἱ βάρβαροι, χώραν αὐτοῖς ἐς τὴν φυγήν. Καὶ γίγνεται καὶ τούτοις μάχη καρτερὰ τοῦ χωρίου τῇ χαλεπότητι καὶ ὅτι οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους τοὺς ταύτῃ βαρβάρους οἱ Ἰνδοὶ, ἀλλὰ πολὺ δή τι ἀλκιμώτατοι τῶν προσχώρων εἰσίν. Ἐξώσθησαν δὲ καὶ οὗτοι ἀπὸ τοῦ ὄρους ὑπὸ τῶν

Μακεδόνων. Καὶ οἱ ἀμφὶ Λεοννάτον τῇ τρίτῃ μοίρᾳ τῆς στρατιᾶς ὡσαύτως ἔπραξαν· ἐνίκων γὰρ καὶ οὗτοι τοὺς κατὰ σφᾶς. Καὶ λέγει Πτολεμαῖος, ἀνθρώπους μὲν ληφθῆναι τοὺς πάντας ὑπὲρ τετρακισμυρίους, βοῶν δὲ ὑπὲρ τὰς τρεῖς καὶ εἴκοσι μυριάδας· καὶ τούτων τὰς καλλίστας ἐπιλεξάμενον Ἀλέξανδρον, ὅτι διαφέρουσαι αὐτῷ κάλλει τε καὶ μεγέθει ἐφαίνοντο, πέμψαι ἐθέλειν ἐς Μακεδονίαν ἐργάζεσθαι τὴν χώραν.

Spectat narratio ad expeditionem adversus Aspasios susceptam, quos in Indiam progressus Alexander, exacto vere a. 327, adortus est. Cf. Droysen p. 367 sqq. Ut autem supra jam p. 18 me monere memini, rationi admodum est consentaneum, totam hanc expeditionem ab Arriano petitam esse ex ipsius Ptolemaei commentariis, cujus in ea gente domanda tantae fuere tamque egregiae partes. Ceterum p. 38 v. 31 sq. vel transposita voce *ἀλλὰ* legerim : *παρετάξαντο, (γήλοφον γὰρ — λόχους) ἀλλὰ Πτολεμαῖος κ. τ. λ.*, vel certe hoc modo distinxerim : *ἀλλὰ (γήλοφον γὰρ — λόχους) Πτολεμαῖος κ. τ. λ.*

XVII.

Arrian. V. 14. 5, 15. 1, 2. *Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ὅτῳ καὶ ἐγὼ ξυμφέρομαι, ἐκπεμφθῆναι τὸν παῖδα ὑπὸ τοῦ Πώρου λέγει, ἀλλ' οὐχ ἑξήκοντα μόνα ἅρματα ἄγοντα. — Ἀλλὰ δισχιλίους γὰρ λέγει ἱππέας ἄγοντα ἀφικέσθαι τὸν Πώρου παῖδα, ἅρματα δὲ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι· φθάσαι δὲ περάσαντα Ἀλέξανδρον καὶ τὸν ἐκ τῆς νήσου τὸν τελευταῖον πόρον. Καὶ ἐπὶ τούτους τὰ μὲν πρῶτα ἐκπέμψαι Ἀλέξανδρον καὶ οὗτος λέγει τοὺς ἱπποτοξότας, αὐτὸν δ' ἄγειν τοὺς ἱππέας· προσάγειν γὰρ οἰηθῆναι Πῶρον ξὺν τῇ δυνάμει πάσῃ· τὴν δὲ ἵππον ταύτην προτεταγμένην αὐτῷ προπορεύεσθαι πρὸ τοῦ ἄλλου στρατοῦ. Ὡς δὲ κατέμαθεν ἀτρεκῶς τὸ πλῆθος τὸ τῶν Ἰνδῶν, ἐνταῦθα δὴ ὀξέως ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς ξὺν τῇ ἀμφ' αὐτὸν ἵππῳ· τοὺς δὲ ἐγκλῖναι, ὡς Ἀλέξανδρόν τε αὐτὸν κατεῖδον καὶ τὸ στῖφος ἀμφ' αὐτὸν τῶν ἱππέων, οὐκ ἐπὶ μετώπῳ, ἀλλὰ κατ' ἴλας ἐμβεβληκός. Καὶ τούτων ἱππέας μὲν πεσεῖν ἐς τετρακοσίους, πεσεῖν δὲ καὶ τοῦ Πώρου τὸν παῖδα· τὰ δὲ ἅρματα αὐτοῖς ἵπποις ἁλῶναι ἔν τε τῇ ἀποχωρήσει βαρέα γενόμενα καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ ὑπὸ πηλοῦ ἀχρεῖα.*

Arctissime haec cohaerent cum Aristob. Fragm. XXXII,

qui Pori filium scripsit cum *sexaginta* curribus advenisse, anteaquam Alexander copias ex insula Hydaspis in ripam transmisisset. Contra Ptolemaeus, qui ipse expeditioni interfuit (13. 1.), Pori filium cum duobus millibus equitum et *centum viginti* curribus profectum accessisse contendit, quum Alexander jam ultimum vadum ex insula trajecisset. Atque hoc Lagidae testimonium, sibi probatum, Arrianus (14. 5.) rationibus haud ita inconditis firmare nititur. Cf. Droysen l. l. p. 393. Idem tamen ille, quantamcunque in ceteris fidem meretur, nescio an curruum, adde equitum numerum vere constituerit. Fertur saltem Rex ipse hunc in modum de proelio scripsisse: *Τῶν ἱππέων χιλίους καὶ τῶν ἁρμάτων ἑξήκοντα συμπεσόντα τρεψάμενος, τὰ μὲν ἅρματα λαβεῖν ἅπαντα, τῶν δ' ἱππέων ἀνελεῖν τετρακοσίους.* Vid. Plutarch. *Vit. Alex.* LX. Curtius (VIII. 14. 2.) ut rursus in omni hac re alios fontes adiit, ita Pori non *filium* praemissum narrat, sed *fratrem*, Hagen nomine, cum 100 quadrigis et 4000 equitibus. Ptolemaeo in hoc tantum consentit, quod: «Imber, inquit, violentius quam alias fusus, campos lubricos et inequitabiles fecerat; gravesque et propemodum immobiles currus illuvie ac voraginibus haerebant.»

De tempore hujus proelii quum quandam esse controversiam videam, ab hoc quidem loco non alienum sit eam quaestionem paulo accuratius tractare. *Τοῦτο τὸ τέλος*, ait Arrianus V. 19. 3, *τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Πῶρόν τε καὶ τοὺς ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ Ὑδάσπου ποταμοῦ Ἰνδοὺς Ἀλεξάνδρῳ ἐγένετο ἐπ' ἄρχοντος Ἀθηναίοις Ἡγεμόνος, μηνὸς Μουνυχιῶνος.* Qui locus quum Schmiedero pugnare videretur (id quod jam visum fuerat Radero ad Curt. VIII. 14. 46.) cum superioribus verbis Arriani l. l. 9. 5, quia scilicet hoc altero loco *circa solstitium aestivum* ad Hydaspem Alexandrum castra habuisse traderet, mutandum censuit vocabulum *Μουνυχιῶνος*, qui mensis Hegemonis anno a d. 19 Apr. perduravit ad d. 18 Maji a. 326, in *Μεταγειτνιῶνος*. Eandem conjecturam deinceps amplexi sunt Clintonus, Kruegerus, aliique, immemores tum etiam pro *Ἡγεμόνος* legendum esse *Χρέμητος*, qui proximo post Hegemonem anno Archon fuit, ne retro computando plu-

rium mensium sit anachronismus : nam Metagitnion Hegemonis computatur a d. 28 m. Jul. ad d. 27 Aug. a. 327. Et re vera ad Chremetis anni initium dictam pugnam refert Diod. Sic. XVII. 87, plures defensores nactus, quos laudat Schmiederus ad Arriani l. l. Quum vero apud Diodorum Hegemonis annus desideretur, saltem non distincte indicetur, hujus auctoritate non est abutendum contra Arrianum, e cujus verborum perversa interpretatione totus error manasse videtur, ut nunc statim probatum ibo. Haec igitur, de proelio adversus Pori filium expositurus, ad verbum monet Arrianus: *Ἐν μὲν τῷ τότε οἱ ποταμοὶ πάντες οἱ Ἰνδικοὶ πολλοῦ τε ὕδατος καὶ θολεροῦ ἔῤῥεον καὶ ὀξέος τοῦ ῥεύματος· ἦν γὰρ ὥρα ἔτους, ᾗ μετὰ τροπὰς μάλιστα ἐν θέρει τρέπεται ὁ ἥλιος· ταύτῃ δὲ τῇ ὥρᾳ ὕδατά τε ἐξ οὐρανοῦ ἀθρόα τε καταφέρεται ἐς τὴν γῆν τὴν Ἰνδικὴν καὶ αἱ χιόνες αἱ τοῦ Καυκάσου — κατατηκόμεναι αὔξουσιν αὐτοῖς τὸ ὕδωρ ἐπὶ μέγα.* Cogitat Arrianus non ipsas *τροπὰς θερινὰς* sive mediam aestatem, non dies *post τροπὰς*, sed eam anni partem, quae *ad solstitium maxime vergit*, tempus *ὑπὸ τροπὰς*, quemadmodum alibi (VII. 21. 2.) de Euphrate agens locutus est, loco ita simillimo, ut comparari huic mereatur. *Ἦρος ὑποφαίνοντος*, inquit, *καὶ πολὺ δὴ μάλιστα ὑπὸ τροπὰς, ἅστινας τοῦ θέρους ὁ ἥλιος ἐπιστρέφει, μέγας τε ἐπέρχεται καὶ ὑπερβάλλει ὑπὲρ τὰς ὄχθας.* Probant illam interpretationem, quae ex Aristobulo (Fragm. XXXIV.) Strabo profert. Hinc enim luce est clarius, Porum debellatum esse *ante Etesiarum dies*, qui flare incipiunt sub 20 m. Julii adeoque *ante Metagitnionem*. Et vero, ut iterum testem Aristobulum excitem, Etesiis spirantibus, orti jam verno tempore imbres tanta vi in India noctu atque interdiu de coelo ruunt, simulque tam late effunduntur fluvii, ut etiam volenti Alexandro hoc anni tempore omnino fuisset bello abstinendum; quod et ipse praeviderat (Arrian. l. l. 10. 1.) et re expertus est. Nam quum superato jam Poro, subactis Pori regno confinibus Indis expugnatisque oppidis septem et triginta (Arrian. V. 20. 2 sqq.), *κατὰ θερινὰς τροπὰς*, ut Nearchus loquitur (ap. Strab. XV p. 1014 B.), sive *μέσου θέρεος*, ut Megasthenes (ap. Arrian. *Indic.* VI. 5.), ad Ace-

sinem castra metatus esset, in dies aucta hujus fluvii exundatio alio eum confugere coëgit. Ex his igitur omnibus colligitur, Alexandrum, quem *ἔαρος ἀρχομένου*, ut testatur Aristobulus, i. e. probabiliter m. Elaphebolione, cui succedebat Munychion, ad urbem Taxila indeque continuo ad Hydaspem et Pori regionem movisse constat, hunc Indorum Regem satis diu ante *θερινὰς τροπὰς* proelio vicisse, ut non dubium sit, quin Arrianus vere illud retulerit ad m. Munychionem anni Hegemonis, circiter m. Majum a. 326. Cf. Droysen. l. l. p. 400 sq. et Muetzell. ad Curt. p. 797 sq., cui tamen Aristobuli fragmentum explicanti non omnino assentior; quod suo loco ostendam.

XVIII.

Arrian. V. 20. 2. *Αὐτὸς (Ἀλέξανδρος) ἤλαυνεν ὡς ἐπὶ τοὺς προσχώρους τῇ τοῦ Πώρου ἀρχῇ Ἰνδούς. Ὄνομα δὲ ἦν τῷ ἔθνει Γλαυγανῖκαι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ὡς δὲ Πτολεμαῖος, Γλαῦσαι.*

De Glauganicis sive Glausis, validissima Indiae gente, quam deinde Porus ab Alexandro accepit regundam (l. l. 4.), si tacuisset Arrianus, omnia ignoraremus. Verbo de iis monet Droysen p. 405.

XIX.

Arrian. V. 20. 8, 9. *Τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὸ μέγεθος μόνου τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἀνέγραψεν· εἶναι γάρ, ἵνα ἐπέρασεν Ἀλέξανδρος αὐτὸν ἐπὶ τῶν πλοίων τε καὶ τῶν διφθερῶν ξὺν τῇ στρατιᾷ, τὸ μὲν ῥεῦμα ὀξὺ τοῦ Ἀκεσίνου πέτραις μεγάλαις καὶ ὀξείαις, καθ' ὧν φερόμενον βίᾳ τὸ ὕδωρ κυμαίνεσθαί τε καὶ καχλάζειν· τὸ δὲ εὖρος σταδίους ἐπέχειν πεντεκαίδεκα. Καὶ τοῖς μὲν δὴ ἐπὶ τῶν διφθερῶν περῶσιν εὐμαρῆ γενέσθαι τὸν πόρον· τοὺς δὲ ἐν τοῖς πλοίοις διαβάλλοντας, ἐποκειλάντων πολλῶν πλοίων ἐπὶ ταῖς πέτραις καὶ ξυναραχθέντων, οὐκ ὀλίγους αὐτοῦ ἐν τῷ ὕδατι διαφθαρῆναι.*

De Acesine, post Indum maximo Indiae fluvio, vide quae annotavit v. d. Chys, *Comment. geogr.* p. 103. Quo loco Alexander illum trajecerit, ex hoc Ptolemaei fragmento investigavit Droysen. p. 406.

XX.

Arrian. V. 28. 4-29. 2. *Ὡς σιγὴ αὖ πολλὴ ἦν ἀνὰ τὸ στρατόπεδον καὶ ἀχθόμενοι μὲν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ (Ἀλεξάνδρου) δῆλοι ἦσαν, οὐ μὴν μεταβαλλόμενοί γε ὑπ' αὐτῆς, ἐνταῦθα δὴ λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ὅτι ἐπὶ τῇ διαβάσει οὐδὲν μεῖον ἐθύετο, θυομένῳ δὲ οὐκ ἐγίγνετο αὐτῷ τὰ ἱερά. Τότε δὴ τοὺς πρεσβυτάτους τε τῶν ἑταίρων καὶ μάλιστα τοὺς ἐπιτηδείους αὐτῷ ξυναγαγών, ὡς πάντα ἐς τὴν ὀπίσω ἀναχώρησιν αὐτῷ ἔφερεν, ἐκφαίνει ἐς τὴν στρατιάν, ὅτι ἔγνωσται ὀπίσω ἀποστρέφειν. Οἱ δὲ ἐβόων τε οἷα ἂν ὄχλος ξυμμιγὴς χαίρων βοήσειε καὶ ἐδάκρυον οἱ πολλοὶ αὐτῶν· οἱ δὲ καὶ τῇ σκηνῇ τῇ βασιλικῇ πελάζοντες ηὔχοντο Ἀλεξάνδρῳ πολλὰ καὶ ἀγαθά, ὅτι πρὸς σφῶν μόνων νικηθῆναι ἠνέσχετο. Ἔνθα δὴ διελὼν κατὰ τάξεις τὴν στρατιὰν δώδεκα βωμοὺς κατασκευάζειν προστάττει, ὕψος μὲν κατὰ τοὺς μεγίστους πύργους, εὖρος δὲ μείζονας ἔτι ἢ κατὰ πύργους, χαριστήρια τοῖς θεοῖς τοῖς ἐς τοσόνδε ἀγαγοῦσιν αὐτὸν νικῶντα, καὶ μνημεῖα τῶν αὐτοῦ πόνων. Ὡς δὲ κατεσκευασμένοι αὐτῷ οἱ βωμοὶ ἦσαν, θύει δὴ ἐπ' αὐτῶν ὡς νόμος, καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικόν τε καὶ ἱππικόν.*

Sermo est de conspiratione Macedonum, qui continuis laboribus fatigati hanc ab Alexandro flagitarunt veniam, ut positis tandem armis in patriam reverti ipsis liceret. Fuse hac de re Arrianus exposuit, inde a. c. 25—29, quorum, fines fragmenti longius dilatare non ausus, ea tantum illius indicio recepi, quae de sacris in Hyphasis ripa factis erectisque aris memorantur; sed plura, imo totum locum Ptolemaeo deberi, verisimilis est Droyseni conjectura, l. l. p. 415. Cum nostro fragmento comparari possunt, quae ex aliis fontibus deducta referunt Diod. Sic. XVII. 95, Plutarch. *Vit. Alex.* LXII, Curtius IX. 3. 3-19, Justin. XII. 8, tum ceteris monumentis, tum aris describendis maxime intenti, de quibus cf. Droysen. p. 423. Plinio si fides, exsuperato amne in adversa ripa Alexander aras dicavit. Vid. *H. N.* VI. 21. Id vero, quamvis Alexandri *Epistolis* firmari dicat, reliquorum scriptorum testimoniis non firmatur, nec quo commendetur habet, ut docet Muetzell. ad Curt. p. 833 sq.

XXI.

Arrian. VI. 2. 4. *Ἦν τὸ ξύμπαν πλῆθος τῶν νεῶν, ὡς λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ᾧ μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι, τριακόντοροι μὲν ἐς ὀγδοήκοντα· τὰ δὲ πάντα πλοῖα σὺν τοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ ὅσα ἄλλα ποτάμια ἢ τῶν πάλαι πλεόντων κατὰ τοὺς ποταμοὺς ἢ ἐν τῷ τότε ποιηθέντων οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν δισχιλίων.*

De numero navigiorum, quibuscum in Hydaspe navigatum est, inter Alexandri M. scriptores non convenisse, jam satis declaratur hoc Arriani monito, *ὡς λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ᾧ μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι*, testes adspernati Nearchum et Onesicritum. Ut vero hinc jure miramur, quid Arrianum moverit, ut *India.* XIX. 7 Nearchi potissimum recensionem sit secutus, ita magis etiam mirum videtur, ipsum classis praefectum a vero tam longe aberrare potuisse, ut fere mille ducentas naves minus numeraverit quam Ptolemaeo numeratas vidimus. Secundum Nearchum enim *νῆες αἱ σύμπασαι ὀκτακόσιαι ἦσαν*, gravissimo discrimine, cui ut succurreret, Schmiederus numerale *χίλιαι* interponendum esse conjecit, Nearchum *mille octingentas* naves recensuisse ratus. Atque hanc conjecturam video placuisse Droyseno p. 428; quod factum nollem. Quasi scilicet tam despecta sit Diodori et Curtii fides, ut horum testimonia facere nihili liceat, modo conjecturae ope Nearchum Ptolemaeo aliqua concordia conjungamus. Sed istud quidem vix crediderim, si cui etiam ille probabiliter narrasse videatur, qui Alexandrum cum *duobus* navium *millibus* in Hydaspe navigasse contenderit. Quid autem Diodorus? Quid Curtius? Uterque (Diod. XVII. 95, Curt. l. l. 22.) *mille* tantum navium meminerunt. Quin igitur, non dico Ptolemaeo Nearchum, sed huic illum quodammodo conciliamus cumque Diodoro et Curtio in gratiam redigimus? Scribamus, inquam, ut bene procedant omnia, in fragmento Ptolemaei: *οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν χιλίων.*

XII.

Arrian. VI. 10. 1, 2; 11. 7. *Ἀλέξανδρος βάλλεται καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος τοξεύματι ὑπὲρ τὸν*

μαστὸν, ὥστε λέγει Πτολεμαῖος, ὅτι καὶ πνεῦμα ὁμοῦ τῷ αἵματι ἐκ τοῦ τραύματος ἐξεπνεῖτο. Ὁ δὲ, ἔστε μὲν ἔτι θερμὸν ἦν αὐτῷ τὸ αἷμα, καίπερ κακῶς ἔχων, ἠμύνετο· πολλοῦ δὲ δὴ τοῦ αἵματος καὶ ἀθρόου οἷα δὴ ξὺν πνεύματι ἐκρυέντος, ἴλιγγός τε αὐτὸν καὶ λειποψυχία κατέσχε, καὶ πίπτει αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἀσπίδα ξυννεύσας. — Καὶ οἱ μὲν ξύλῳ πληγέντα κατὰ τοῦ κράνους Ἀλέξανδρον καὶ ἰλιγγιάσαντα πεσεῖν, αὖθις δὲ ἀναστάντα βληθῆναι βέλει διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος· Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου ταύτην μόνην τὴν πληγὴν πληγῆναι λέγει τὴν ἐς τὸ στῆθος.

Verbis *οἱ μὲν ξύλῳ κ. τ. λ.* Arrianus designasse tum alios, tum vero maxime Aristobulum videtur, quamquam hic Alexandrum *κατὰ τοῦ αὐχένος*, nec vero *κατὰ τοῦ κράνους* clava ictum tradidit. Vid. ejus Fragm. XLI. Aristobulum imitatus Plutarchus *Orat. de Alex.* I. 2 sauciatum Regem narrat *βέλει μὲν ἀπὸ τόξου τὸ στέρνον ἐνερεισθέντι καὶ καταδυσάντι τὸν σίδηρον, ὑπέρου δὲ πληγῇ παρὰ τὸν τράχηλον.* Neque alium ob oculos habuit *Vit. Alex.* LXIII. Appiano quoque (*B. C.* II. 152.) dicitur Alexander *πληγεὶς τὰ στέρνα χαλεπῶς καὶ ἐς τὸν τράχηλον ὑπέρῳ βαρυτάτῳ.* Ceteri scriptores Ptolemaeo tacite subscribentes simplex vulnus memorant, illatum Regi *διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος τοξεύματι ὑπὲρ τὸν μαστὸν*, ut ait Arrianus, quocum cf. Plutarch. *Orat.* II. 13. Unde in promptu quidem sit corrigere verba Diodori XVII. 99 : *τοξευθεὶς ὑπὸ τὸν μαστόν·* sed quum etiam Justinus XII. 9 verbotenus haec reddat : «sagitta *sub mamma* trajectus,» contra his duobus exemplis admonitus apud Arrianum *ὑπὸ* restituere malim. Plutarchus *περὶ τὸν μαστὸν* vulnus collocat, sed paulo accuratior Curtius IX. 5. 9 conjecturam meam egregie confirmat. «Indus, inquit, duorum cubitorum sagittam — ita excussit, ut per thoracem *paulum super latus dextrum* infigeret.» Ut vero ad Arrianum veniam, hoc loco plus auctoritatis Ptolemaeo tribuentem quam Aristobulo, haudquaquam dissimulo, hujus arbitrii aequitatem me magnopere addubitare. Quo enim die ad Mallorum urbem pugnatum est, abfuit Ptolemaeus, missus in expeditionem. Vid. Fragm. XXIII. Itaque quaecunque de eo proelio perscripsit, post fando audivit,

quum, ut fit, gravissimum illud et lethale pectoris vulnus fortasse paene obliteravisset alterius plagae memoria, adeo levis, ut praeter capitis vertiginem, mox sedatam, Alexander nihil mali ex ea passus esse videatur. Nec negavit Ptolemaeus clavae ictum, tantum non memoravit.

XXIII.

Arrian. VI. 11. 8. *Τὸ δὴ μέγιστον πλημμέλημα τῶν ξυγγραψάντων τὰ ἀμφὶ Ἀλέξανδρον ἐκεῖνο τίθεμαι ἔγωγε. Πτολεμαῖον γὰρ τὸν Λάγου ἔστιν οἳ ἀνέγραψαν ξυναναβῆναί τε Ἀλεξάνδρῳ κατὰ τὴν κλίμακα ὁμοῦ Πευκέστᾳ, καὶ ὑπερασπίσαι κειμένου, καὶ ἐπὶ τῷδε Σωτῆρα ἐπικληθῆναι τὸν Πτολεμαῖον· καίτοι αὐτὸς Πτολεμαῖος ἀναγέγραφεν οὐδὲ παραγενέσθαι τούτῳ τῷ ἔργῳ· ἀλλὰ στρατιᾶς γὰρ αὐτὸς ἡγούμενος ἄλλας μάχεσθαι μάχας καὶ πρὸς ἄλλους βαρβάρους.*

Curtius IX. 5. 21. Ptolemaeum, *qui postea regnavit, huic pugnae affuisse, auctor est Clitarchus et Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriae suae non refragatus, afuisse se, missum in expeditionem, memoriae tradidit.*

Cum Clitarcho et Timagene faciunt Plutarch. *Orat. de Alex.* I. 2, II. 13, et Pausanias I. 6. 2, qui tamen alibi veriora narrant, hic l. l. 8. 6, ille *Vit. Alex.* LXIII, ubi Alexandri servatores nonnisi Peucestam nominat et Limnaeum, pro quo Curtius l. l. 15 *Timaeum* substituit, ex hoc ceterisque Plutarchi locis emendandus. Ceterum Plutarchi ea est in propugnatoribus Alexandri recensendis inconstantia, ut modo Leonnatum omittat, modo etiam Peucestam, quem universa antiquitas *Alexandri M. Servatorem* celebravit. Vid. Arrian. l. l. 7 et Plin. *H. N.* XXXIV. 19. 8. «Tanta (ait Curtius) componentium vetusta rerum monumenta vel securitas vel, par huic vitium, credulitas fuit.» Tandem de Ptolemaei cognomine, cujus supra p. 15 mentionem feci, Stephanus Byz. p. 219, 37 v. Ὀξυδράκαι (Cf. Aristob. Fragm. XLI.) *ἔθνος Ἰνδικόν,* inquit, *ὑφ' ὧν σώσας Ἀλέξανδρον Πτολεμαῖος Σωτὴρ*

ἐκλήθη. οἱ δὲ ψεῦδος τὸ περὶ τῶν Ὀξυδρακῶν. Quem locum ut huc conferam admoneor corrupta lectione ὑφ' ὧν, manifesto mutanda in ἀφ' ὧν. Sic, ut hoc utar, Aeschylus *Agam.* 611 : Ἀπὸ στρατείας ἄνδρα σώσαντος θεοῦ, ubi post ἄνδρα Schuetzius male distinxit.

XXIV.

Arrian. VII. 26. 2, 3. *Λέγουσιν αἱ ἐφημερίδες αἱ βασίλειοι, ἐν τῷ τοῦ Σεράπιδος ἱερῷ Πείθωνά τε ἐγκοιμηθέντα, καὶ Ἄτταλον, καὶ Δημοφῶντα, καὶ Πευκέσταν, πρὸς δὲ, Κλεομένην τε, καὶ Μενίδαν, καὶ Σέλευκον, ἐπερωτᾶν τὸν θεὸν, εἰ λῷον καὶ ἄμεινον Ἀλεξάνδρῳ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ κομισθέντα καὶ ἱκετεύσαντα θεραπεύεσθαι πρὸς τοῦ θεοῦ· καὶ γενέσθαι φήμην τινὰ ἐκ τοῦ θεοῦ, μὴ κομίζεσθαι εἰς τὸ ἱερὸν, ἀλλ' αὐτοῦ μένοντι ἔσεσθαι ἄμεινον. Ταῦτά τε ἐπαγγεῖλαι τοὺς ἑταίρους, καὶ Ἀλέξανδρον οὐ πολὺ ὕστερον ἀποθανεῖν, ὡς τοῦτο ἄρα ἤδη ὂν τὸ ἄμεινον. Οὐ πόῤῥω δὲ τούτων οὔτε Ἀριστοβούλῳ οὔτε Π τ ο λ ε μ α ί ῳ ἀναγέγραπται.*

Brevissime, sed ex eodem fonte primario, Ephemeridibus Regiis, de hac Serapidis consultatione absolvit Plutarchus *Vit. Alex.* LXXVI. *Τετάρτης* (sic enim legendum esse, nec *ταύτης*, docet orationis contextus) *τῆς ἡμέρας* (*φθίνοντος Δαισίου*) *οἱ περὶ Πύθωνα καὶ Σέλευκον εἰς τὸ Σεραπεῖον ἀποσταλέντες, ἠρώτων, εἰ κομίσουσιν ἐκεῖ τὸν Ἀλέξανδρον· ὁ δὲ θεὸς κατὰ χώραν ἐᾷν ἀνεῖλε.* Pro *Πύθωνα* repone *Πείθωνα*, ut c. LXXIII *Πειθαγόραν* pro *Πυθαγόραν* (cf. Aristob. Fragm. XLVIII.), quamquam *Πύθων* legitur apud Aelian. *V. H.* XIV. 48 et ubivis fere apud Diodorum, nisi quod rarissime in Codd. scribitur *Πίθων*. Sed Arriani constans scriptura *Πείθων* hic praevaleat oportet, cui respondet Curtii et Justini (XIII. 4.) *Pithon*. Habent etiam Photii codices *Πείθων*, a correctoris manu *Πύθων*, sed Bekkerus *Πίθων* praetulit. Trium Pithonum, Alexandri comitum, quibus quartus fortasse addendus est ex Arriani *Indic.* XV. 10, hoc loco indicatur *Crateuae filius*, Alexandri *σωματοφύλαξ* (Aristob. Fragm. XLIV.), cui post Regis mortem Mediae satrapia cessit (Diod. Sic. XVIII. 3, 7; Phot. p. 64 a 36, 69 a 37; Curt. X. 10. 4.) Regumque

tutela mandata est (Diod. l. l. 39.). *Attalum Andromenis*, *Peucestam*, *Menidam Hegesandri* et *Seleucum*, Alexandri duces clarissimos, nemo ignorat. *Demophon* vates esse videtur, qui Alexandrum Mallorum urbem obsessurum monuit, ne committeret aut certe differret obsidionem. Vid. Diod. XVII. 98 et Curt. IX. 4. 28. De *Cleomene* incertior res est, sed diversum tamen esse apparet ab eo, qui hoc tempore in Aegypto degebat vectigalibus praefectus, Naucratitam puta, *ἄνδρα κακὸν καὶ πολλὰ ἀδικήματα ἀδικήσαντα ἐν Αἰγύπτῳ*, ut loquitur Arrian. VII. 23. 6. Cf. III. 5. 4; Curt. IV. 8. 5. Serapidem quum crederent antiqui «posse praescribere per somnium curationem valetudinis» (Cic. *de Div.* II. 59.), celeberrimum hujus Dei templum Canopicum legimus *πολλῇ ἁγιστείᾳ τιμώμενον, καὶ θεραπείας ἐκφέρον, ὥστε καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἄνδρας πιστεύειν, καὶ ἐγκοιμᾶσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρων.* Sic Strabo XVII p. 1152 C. Videtur Alexander Serapidis cultum in Aegypto cognitum (quo spectat fabella Jul. Valerii I. 35.) Babylonem traduxisse, eundemque, quod hic obiter dictum sit, Ptolemaeus Lagida, insomnio scilicet id monitus, postea Alexandriae instauravit (Tacit. *Hist.* IV. 83 sq., Macrob. *Saturn.* I. 7.), tantoque est studio prosecutus, ut etiam Atheniensibus commendaverit. Vid. Pausan. I. 18. 4.

ARISTOBULI

VITA ET COMMENTARII.

ARISTOBULI

VITA ET COMMENTARII.

In comitibus Alexandri quae fuerit Aristobulo dignitas, nullo certo argumento probatur. Si operis ab eo conscripti tum dictionem spectas, tum rationem attendis, qualem fuisse fragmenta indicant, doctiorem fere et in singulis subtiliorem; iis potius accensendus esse videatur, qui Alexandri gratiam ingenii et doctrinae laudibus sibi comparaverint, quam qui fortitudine et rei militaris peritia. Cui suspicioni Arriani certe simplicissimum testimonium: *συνεστράτευσε βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ* [1]), nihil obstat, quippe quod Aristobulum Alexandro fuisse expeditionis socium arguit, militiae nomen dedisse non arguit [2]). Nec militem munus redolet, quod aliquando se Regis jussu suscepisse Aristobulus testatur. Agens enim de Cyri Cam-

1) Prooëm. ad *Exp. Alex.* 2, coll. V. 7. 1, 8. 1.

2) Hunc verbi *συστρατεύειν* usum non quidem opus erit ut multis illustrem. Si tanti refert, Callisthenem adi ap. Jo. Laur. Lydum *de Mens.* p. 264 (ed. Roeth.), quaeque de comico Pherecrate Suidas fingit s. v. III p. 592. Nisi igitur mera conjectura est, Sanctocrucius vel in graviorem quendam testem incidit vel temere interpretatus est Arrianum, quum *belli ducibus* Alexandri Aristobulum accenseret, *Exam. crit.* p. 42.

bysis f. sepulcro, pretiosissimo Pasargadarum monumento, ipse se designatum ab Alexandro refert, qui perfractum illud spoliatumque de integro instauraret et pristino ornatu restitueret [1]. Quidquid est, quanta Alexandri gratia floruerit, haec ipsa res egregie ostendit. E magno enim dolore, quem ab impio isto facinore ille cepisse traditur, summaque cura, qua ejus auctores exquirere et violatum sepulcrum reficere studuit, haud sine ratione colligo, Regem, cui tantum negotium committeret, non nisi probatum sibi et spectatae fidei virum delegisse [2]. Alterius etiam sibi mandati muneris Aristobulus apud Strabonem meminit [3]; quod cujus fuerit naturae etsi prorsus non liquet — nude enim *ἐπί τινα χρεῖαν* se missum scribit — sat tamen honorificum ei fuisse tuto statui potest.

Patre natus est Aristobulus ipsi *ὁμωνύμῳ* Aristobulo [4]. De patria haud magnopere constat. Vulgo *Κασσανδρεὺς* dictus [5], quo nomine fortasse in operis exordio ipse se vocavit, Cassandriam habuisse patriam existimatur. Hanc vero Macedoniae civitatem quum demum a. 315, deductis eo multorum oppidorum incolis, Antipatri filius Cassander condiderit [6], *Κασσανδρέως* cognomen palam est non nisi diu post obitum Alexandri ab Aristobulo adscisci potuisse. In hac igitur nova civitate, brevi ita aucta, ut Macedoniae urbium plurimum va-

---

1) Fragm. XLV.

2) Quandam etiam caritatem, me judice, verba spirant, quibus indignatus Alexander Aristobulum secum in Hydaspe navigantem objurgasse fertur. Locus infra tractandus legitur ap. Lucian. *Quom. hist. conscr. sit* XII.

3) Fragm. XXXVI.

4) Arrian. Prooëm. 1; VI. 28. 3.

5) Lucian. *Macrob.* XXII (Fragm. I.); Plutarch. *Vit. Demosth.* XXIII (Fragm. II.); Athen. II p. 43 D, VI p. 351 A (Fragm. V. XXIX.).

6) E Pausan. V. 23. 2, Strab. Exc. VII p. 510 A, Steph. Byz. s. v. p. 161, 30 et v. *Ποτίδαια* p. 236, 31, Plin. *H. N.* II. 59, IV. 17, Potidaeënses potissimum Cassandriam deductos credideris; sed Cassandri jussu, ex aliis etiam civitatibus haud paucos eo confluxisse, arguit locus classicus Diod. Sic. XIX. 52: *Ἔκτισε καὶ πόλιν ἐπὶ τῆς Παλλήνης ὁμώνυμον αὑτοῦ Κασσάνδρειαν, εἰς ἣν τάς τε ἐκ τῆς Χεῤῥονήσου πόλεις συνῴκισε καὶ τὴν Ποτίδαιαν, ἔτι δὲ τῶν σύνεγγυς χωρίων οὐκ ὀλίγα· κατῴκισε δ' εἰς αὐτὴν καὶ τῶν Ὀλυνθίων τοὺς διασωζομένους, ὄντας οὐκ ὀλίγους.*

leret, Aristobulus annos natus quatuor et octoginta, quod initio commentariorum testatus esse fertur — obiit autem nonagenario major [1]) — τὰ κατ' Ἀλέξανδρον scripto mandare coepit. Nam, quamquam per aetatem profecto licuit, posteriora tempora non pertractasse, sed quae ad *Διαδόχων* tempora pertinerent misisse videtur, nisi quod subinde, id vero rarissime et obiter, in Alexandri historia ea commemoravit [2]). Contra, Aristobulus quae vel ad Alexandrum ipsum propius spectabant, vel ad regiones ab illo petitas subactasque, ea continua narratione, in pluribus fortasse libris, plene saltem fuseque, illustrata exposuit, ut facili opera e fragmentis perspicitur. Quo autem titulo commentarii illi prodierint, frustra quaesiveris. Eum tamen a vero proxime abesse puto, cui *Ἱστορίαι περὶ Ἀλέξανδρον* vel *περὶ Ἀλεξάνδρου* inscripti fuisse videantur [3]). Hujus operis quae fuerint laudes, quae vitia, qualis omnino ratio, jam deinceps examinemus.

Et primum quidem, si quid e reliquiis efficiendum, sponte nobis in oculos incurrit diligentia, quam in tota historia Alexandri enarranda paene singularem auctor adhibuit. Maxime vero haec Aristobuli virtus elucet in locorum regionumque, quas sibi Alexander subegit, accurata descriptione. Excitasse sufficiat quae de Caucaso monte [4]), quae de Hyrcaniae, Indiae,

---

1) Lucian. l. l. Praeterea de aetate, qua vixit Aristobulus, nullum exstat indicium, nisi quod de pugna a. 301 ad Ipsum commissa eum in Historiis verbo dixisse apparet. Vid. Fragm. XLVIII.

2) Locus qui huc spectat unicus is est, quem modo dicebam, de proelio Ipsensi.

3) Illa inscriptione v. c. cum Charete usus est Clitarchus (Athen. IV p. 148 D, XII p. 530 A, XIII p. 586 D.); hanc operi Aristobuleo assignavit Heerenus, *de fontt. Plut.* p. 92. Testimonia apud antiquos et rara sunt et incerta. Athenaeus, apponere librorum, e quibus hausit, titulos solitus, in Aristobulo ab hoc more recessit. Semel (Fragm. XXVI.) *Ἱστορίας* ei tribuere videtur, scribens : *ὡς Λυγκεὺς ὁ Σάμιός φησιν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασι καὶ Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης ἐν ταῖς Ἱστορίαις*· nam hac voce tam Aristobuli quam Charetis commentarios laudari conjicio. Arrianus nihil quidquam monet; haec pauca Lucianus l. l. : *τὴν Ἱστορίαν τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς ἤρξατο συγγράφειν.*

4) Fragm. XVII.

Gedrosiae, aliarum Asiae terrarum natura, fertilitate soli, arborum plantarumque generibus [1]), quae de variorum locorum animalibus [2]), quae denique de Oxo, Jaxarte, Polytimeto, Indo, Acesine, Nilo, Euphrate fluviis [3]), e commentariis Aristobuli Arrianus aliique excerpta servarunt. Atque hac parte haud scio an in magno scriptorum numero, qui Alexandri memoriam scriptis celebrarunt, Aristobulum quisquam superaverit, nisi forte Nearchum et Onesicritum cum eo contuleris, quos tamen fide sat longo post se intervallo reliquit. Ipsi adeo Ptolemaeo in rebus bellicis lubenter habitanti, in gentium vero, terrarum, fluminum, rerum naturalium descriptione parcissimo, hoc nomine Aristobulus longe praecelluit; ut vix dubitem, quin quae hujus generis multa hodie apud Arrianum offendimus, plurima ex opere Aristobuli deducta ad nos permanaverint [4]). Utut est, tantam ab eo positam fuisse in rebus geographicis et naturalibus explorandis curam e fragmentis cernimus, ut, si quo jure Patrocles Alexandri comites insimulasse dicitur, eos *ἐπιδρομάδην ἱστορῆσαι ἕκαστα* [5]), Aristobulo hoc levitatis crimen imputari haudquaquam possit. Pari denique studio eum conscripsisse constat, quae adumbranda et exponenda in primis sibi proposuerat, Alexandri M, adde ejus amicorum, ingenium ac mores, bellica consilia et facinora, privatam ac publicam vitam. Nam quod Arrianus eum siluisse dicit, Indum fl. quomodo Alexander ponte junxerit [6]), id quidem vix in censum vocandum nec negligentiae tribuendum est. Talia optimum quemque scriptorem saepe praetereunt, qui non magis in

---

1) Fragm. XVIII, XXXIV-XXXVI, XXXIX, XLIII, XLIX.
2) Fragm. XXXVII, XXXVIII, XL.
3) Fragm. XIX, XXI, XXIV, XXXV-XXXVIII, XLII, LI, LIII.
4) Cf. supra p. 17 sq.
5) Strabo II p. 120 B. Dictis Aristobuli favet Patrocles ap. Strab. XI p. 776 C (Fragm. XIX.). Non levem autem in rebus geographicis auctoritatem huic Patrocli tribuit Strabo, quo teste II p. 120 C, quae Alexandri jussu peritissimi quique viri de variis regionibus exploravissent accurateque conscripsissent, ea Patrocles a gazae Praefecto Xenocle accepta in usum suum convertit. Cf. de eo Forbiger *Handb. d. alt. Geogr.* I p. 157.
6) V. 7. 1, 8. 1.

pusillis haerere, quam ad gravissima quaeque animum attendere studeat.

Cum tanta vero diligentia quantum conjunxit Aristobulus veritatis studium, quantam fidem? Est haec in maxima gravitate summae difficultatis quaestio, quam ut aliquantum superemus, age, ab Arriani judicio profecti, quae hinc summa cogitur, eam cum aliorum testimoniis comparemus.

«Aristobulus, quod Alexandro fuit expeditionis in Asiam comes, scribere de hujus rebus gestis vere potuit, et magis etiam, quod demum post Regis mortem commentarios edidit, quum illum neque absterreret metus neque alliceret praemium, ut aliter quam accidissent singula scriberet.» Huc redit haud inconditum Arriani judicium, quem de Ptolemaeo eadem fere pronuntiasse vidimus. Quum autem vera scribere qui potuisset reapse etiam voluisse videretur, Arrianus juxta Ptolemaeum maxime Aristobulum sibi elegit, quem in vita factisque Alexandri enarrandis ducem sequeretur. Quod nobis quidem pro meritis Aristobuli non potest non gravissimum esse argumentum, siquidem Arrianus, qui ea vixit aetate, qua si non omnium, at longe plurimorum Alexandri comitum scripta supererant, probe ipsi cognita et consulta, tamen premere Aristobuli et Ptolemaei vestigia, quam ab aliis indicatam viam ingredi maluit. Quid? quod in *Anabasi* — nam de *Indicis* alia res est[1]) — ceterorum commentarios unice fere adhibuit, quatenus vel Aristobuli et Ptolemaei narrationibus non continebant contraria, vel his non relata referebant. Et ne sic quidem, ut ipse auctor est, multum reliquis illis credidit, sed quae tradiderant tanquam non omnino fida famaque solum vulgata recepit[2]). Ptolemaeus vero et Aristobulus, quoties

1) In his enim sectatur prae aliis Nearchum et Megasthenem, laudatis etiam tum Alexandri scriptoribus universe (II. 4, 9; V. 3, 10; VI. 1.), tum semel Eratosthene et Ctesia (III. 1, 6.), item Hannone (XLIII. 11.) et bis Onesicrito (III. 6; VI. 8.); Aristobulum vero nullibi fontibus suis annumerat, quamquam et hunc aliquoties consuluisse videtur. Vid. annot. ad Fragm. XXXVII et XLII.

2) Proöem. 3. Si vero sua est Plutarcho fides, cujus tamen patrocinium suscipere nolim, Arrianus promissis non semper stetit. Quaestionem cogita

eadem uterque exponebant, egregio cum consensu plerumque exponebant. Itaque nil mirum, si his omnibus motus Arrianus saepius illorum auctoritate aliorum narrationes tanquam commenta explosit[1]). Veruntamen haud ita praejudicata opinione abreptum fuisse, ut quae duumviri illi scripto mandaverant, omnia pro veris amplecteretur, vel ex hoc ejus monito patet, Ptolemaeum et Aristobulum ceteris Alexandri comitibus ipsi apparuisse πιστοτέρους ἐς τὴν ἀφήγησιν[2]). Unde etiam quibus in rebus a vero aberrasse viderentur, pluribus locis notavit[3]). Cum delectu igitur et judicio commentariis Aristobuli — nam hunc jam unice curamus — Arrianus usus est[4]), quemadmodum ea ipsa vituperia nobis haud leve sunt indicium, illum non coeco plane studio, sed aequiore mente de Aristobuli fide judicium tulisse.

Pergamus ad Strabonem. Hic quantum Aristobulo crediderit, aperte quidem nusquam declarat; sed toties tamen, praesertim in terrarum fluviorumque descriptionibus, vel tacite eum sequitur, vel laudat nominatim[5]), ut satis bene de Aristobuli fide sensisse videatur, licet universe Alexandri scriptores ferme omnes, primum Daïmachum, tum Megasthenem,

---

de numero Oratorum, quos Alexander expugnatis Thebis ab Atheniensibus poposcisse fertur, qua de re monui ad *Durid. Rell.* p. 55 sqq. et monebo iterum infra ad Fragm. II.

1) Cf. disput. nostr. de Ptolem. p. 12, 14.

2) I. 1. 2.

3) Aristobuli fidem aspernatur in relatione proelii adversus Pori filium V. 14. 5. Vide tamen annot. ad Fragm. XXXII. Neutrius vero traditionem sequitur in iis, quae de morte Callisthenis memoriae prodiderant, IV. 14. 3, quamvis hic quidem, si penes nos arbitrium sit, de Aristobuli fide non dubitandum, ut patet ex annot. ad Fragm. XXVIII. Cf. III. 3. 5, 6. Ceterum quibus de rebus inter Aristobulum et Ptolemaeum non convenerit, indicat Arrianus II. 3. 7, 8; III. 4. 5, 30. 5; V. 20. 2.

4) Tacitae imitationis vestigia reperies III. 29. 2 sq., IV. 6. 5 sqq., VI. 20. 2, 25. 4, VII. 19. 6 sqq., 21. 1 sqq. Cff. dicta ad Fragm. XIX, XXIV, XLII, XXXIV, L, LIII.

5) Viginti fere fragmenta Aristobuli apud Strabonem offendimus; sed multo plura etiam exstare, quae sublato auctoris nomine ex Aristobuli Historiis ille deprompserit, haud temere conjicere mihi videor. Aliquot locos indicatos videas ad Fragm. XIII, XVII, XXI, XXVII, XXXIV, XLVII, LIII.

deinde Onesicritum et Nearchum, maxime in India describenda levissima fide versatos esse doceat[1]). *Οὐδὲ τοῖς περὶ Ἀλέξανδρον συγγράψασιν ῥᾴδιον πιστεύειν τοῖς πολλοῖς· καὶ γὰρ οὗτω ῥᾳδιουργοῦσι διά τε τὴν δόξαν τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ διὰ τὸ τὴν στρατείαν πρὸς τὰς ἐσχατιὰς γεγονέναι τῆς Ἀσίας πόῤῥω ἀφ' ἡμῶν*[2]). His vero *plerisque* Strabonem cogitatione exemisse Aristobulum, non est quod dubitemus, si quae paulo ante contenderat memoria recolimus. Narrans enim de congressu Alexandri cum Regina Amazonum, de qua plurimi scriptores literis mandassent, *Τῶν συγγραφέων*, inquit, *τοσούτων ὄντων, οἱ μάλιστα τῆς ἀληθείας φροντίσαντες οὐκ εἰρήκασιν· οὐδ' οἱ πιστευόμενοι μάλιστα οὐδενὸς μέμνηνται τούτων*[3]). Jam vero Aristobulum cum Ptolemaeo de tota ista fabella ne verbo quidem dixisse ex Arriano novimus[4]). Quapropter, ne quid de Ptolemaeo dirimam, quem semel tantum ad partes vocavit, vel fallor equidem vel Strabo, quamvis neminis cujusquam nomen addiderit, scriptoribus illis prae ceteris fide dignissimis sibique adeo probatissimis accensuit, si quem alium, Aristobulum.

Sic sensim indiciis Arriani et Strabonis[5]) eo devenimus, unde digressis aliquanto certius sit nobis de Aristobuli fide judicium. Dubiae interdum ipse fidei, universe veritatis haud incurius, plerisque omnibus Alexandri historicis *πιστότερος* fuit *ἐς τὴν ἀφήγησιν*, referendus ad *τοὺς πιστευομένους μάλιστα*. Quaerenti autem, quibus tandem vitiis notandus esse Aristobulus videatur, respondeo nolle me cum Sanctocrucio in primis notare studium istud miri et miraculosi[6]), cujus quippe credu-

---

1) II p. 121 B, coll. XV p. 1006 A, p. 1022 B. C, p. 1028 B. Conferri etiam exempla possunt ad Fragm. XXXVII et XXXIX memorata.

2) XI p. 774 C.

3) l. l. p. 771 B.

4) Cf. dicta p. 11 sq.

5) E Plutarcho nihil proficimus, quamquam neque hic Aristobuli auctoritatem ita aspernatus est, quin saepius illum tacite expresserit. Vid. ad Fragm. Ptolem. XXII p. 45; Aristob. VII, XIII, LVIII.

6) *Exam. crit.* p. 43 : *Du reste*, ait, *quoiqu' Aristobule ait joui de la réputation d'auteur véridique, il paroit néanmoins avoir eu cet amour du*

litatis vel, si mavis, superstitionis non Aristobulus, sed aevum quo vixit incusandum sit[1]); in ejusdem vero vitiis reponere potius praeposterum quoddam Alexandri studium, quo factum ut non semper eum se probaverit, qui res illius gestas simpliciter candideque exponeret. Pertinent huc eadem quae supra de Ptolemaeo observavimus : narratio de corvis, Alexandro viam monstrantibus ad oraculum Ammonis[2]); de Callisthene, conjurationis in Alexandrum suasore[3]); pertinet etiam Alexandro adscripta temperantiae virtus[4]), quam praeter Aristobulum nemo fortasse illi vindicaverit[5]). Atque haec adulatoria dicendi ratio haud scio equidem an unius Alexandri laudibus praedicandis enim contenta fuerit. Ut quid sentiam eloquar, videtur omnino per totum Aristobuli opus diffusus fuisse fucatus quidam orationis color atque exaggerata dictio, qua saepius non quidem ficta pro veris commendavit, sed veris aliquatenus fictorum speciem conciliavit, purae certe ac sincerae rerum expositioni in primis offecit. Quod quidem unde efficiam, ultimo loco jam indicabo.

Primum igitur proferam narrâtionem quandam, obviam apud Lucianum, quae ut dicendi genus Aristobulo proprium non obscure indicat, ita etiam simul ad historicam ejus fidem suo pretio aestimandam multum confert. *Ἀριστοβούλου*, inquit, *μονομαχίαν γράψαντος Ἀλεξάνδρου καὶ Πώρου, καὶ ἀναγνόντος αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ χωρίον τῆς γραφῆς, (ᾤετο γὰρ χαριεῖσθαι τὰ μέγιστα τῷ βασιλεῖ ἐπιψευδόμενος ἀριστείας τινὰς αὐτῷ, καὶ ἀναπλάττων ἔργα μείζω τῆς ἀληθείας·) λαβὼν ἐκεῖνος τὸ βιβλίον, (πλέοντες δ᾽ ἐτύγχανον ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Ὑδάσπει,) ἔῤῥιψεν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸ ὕδωρ, ἐπειπών· «Καὶ σὲ δὲ οὕτως ἐχρῆν, ὦ Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μο-*

merveilleux dont tous les historiens d'Alexandre furent épris.» Spectant eo Fragm. XI, LIV, LV.

1) Cf. Ulrici *Charact. d. ant. Historiogr.* p. 52 sq.

2) Fragm. XI.

3) Fragm. XXVII. Cf. quae supra monuimus p. 14.

4) Fragm. LVIII.

5) Contra de ejusdem ingenio candide vereque pronuntiat Fragm. L, causam explicans susceptae in Arabes expeditionis.

νομαχοῦντα, καὶ ἐλέφαντας ἑνὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα» [1]); Fateor, ad commentarios nunquam editos spectat hic Luciani locus, neque adeo, si solus staret, sat firmum foret fundamentum, cui sententiam nostram de Aristobulo superstrueremus; sed juncti aliorum testimoniis, qui de Historiis Aristobuli, quales postero tempore scriptae prodierunt, sententiam pronuntiarunt, haud levis ejus est auctoritas. Testis nunc prodeat Plutarchus,

---

1) *Quom. hist. conscr. sit* XII. Sanctocrucius, certum esse ratus, hunc locum graviter pugnare cum testimoniis Arriani, de nominum permutatione cogitatum ivit, proque Aristobuli *Onesicriti* nomen restituendum censuit. Commovit illum alia quaedam Luciani narratio, in eodem libello c. XL obvia, quam ut itidem apponamus res postulat. *Ἀλεξάνδρου καὶ τοῦτο ἀπομνημονεύουσιν, ὅς· Ἡδέως ἄν, ἔφη, πρὸς ὀλίγον ἀνεβίουν, ὦ Ὠνησίκριτε, ἀποθανὼν, ὡς μάθοιμι, ὅπως ταῦτα οἱ ἄνθρωποι τότε ἀναγινώσκουσιν. Εἰ δὲ νῦν αὐτὰ ἐπαινοῦσι καὶ ἀσπάζονται, μὴ θαυμάσῃς· οἴονται γὰρ οὐ μικρόν τι* (sic ex uno cod. leg. pro *μικρῷ τινι*) *τῷ δελέατι τούτῳ ἀποσπάσειν ἕκαστος τὴν παρ᾽ ἡμῶν εὔνοιαν.* Atqui vide quam male procedat conjectura Sanctocrucii. Lucianum enim si ponimus utrobique locutum esse de Onesicrito, mirum omnino sit, quod in eodem opere de eodem scriptore similia tradere diversis locis maluerit, quam argumento arctissime conjuncta deinceps narrare. Porro Onesicritus bis suas Historias Alexandro recitaverit necesse est, et ita quidem ut, quum legerentur primum, Rex adulatorem comiter perstringeret, quum alterum, tanta effervesceret ira, ut surreptos commentarios in amnem projiceret. Neutrum horum rationi consentaneum putaverim, nec tangendam esse lectionem, quae Arriani judicio facile conciliatur, aliorum testimoniis de dictione Aristobuli satis confirmatur. Scilicet, quod plane fugisse Sanctocrucium ceterosque videtur, qui ejus conjecturam sunt amplexi, Heerenum dico *de fontt. Plut.* p. 64, Hermann. ad Lucian. l. l. p. 88, Westerm. ad Voss. *H. G.* p. 89 n. 10, de Historiis editis sententiam pronuntiavit Arrianus, de opere in scriniis adhuc servato Luciani est narratio. Priore scriptione in Hydaspem projecta, non interiit Aristobulo amplus, quem magna cura sibi collegerat, rerum Alexandri apparatus; sed ut facta dictis magnificis exaggerans, pro gratia, iram Regis in se excitaverat, ita spe frustratus consilium edendi historiam Alexandri primum quidem misisse, certe distulisse videtur, donec tandem extrema senectute post aliorum commentarios, parum fortasse ipsi probatos, iterato studio ad scribendum se accingeret. Atque hac altera scriptione si etiam adeo sibi temperavit Aristobulus, ut prae ceteris Alexandri scriptoribus Arriani plausum et ferret et ferre mereretur; non ita tamen vetus illud studium posuit, quin aliqua saltem adulationis et exaggerationis vestigia in ejus Historiis remanserint; id quod locis Plutarchi et rhetorum statim probabimus.

qui : *Τίς ἂν*, rogat, *ἡσθείη συναναπαυσάμενος τῇ καλλίστῃ γυναικὶ μᾶλλον, ἢ προσαγρυπνήσας, οἷς γέγραφε περὶ Πανθείας Ξενοφῶν, ἢ περὶ Τιμοκλείας Ἀριστόβουλος, ἢ Θήβης Θεόπομπος*[1]; Quibus verbis, modo vere conjiciam, inest jam notio, quam plenius rhetor designavit Menander, quum *πρὸς ἡδονὴν καὶ πρὸς ὠφέλειαν* scripsisse Aristobulum contenderet ejusque orationem in laudationibus contexendis tanquam omnium imitatione dignum exemplar normamque proponeret. *Εἰ νῆσον* — sic enim ait — *ἐπαινοίης (δεῖ τοὺς ἐπαίνους ποιεῖσθαι) καὶ πρὸς ἡδονὴν καὶ πρὸς ὠφέλειαν, ὥσπερ Ἀριστείδης ἐν τῷ Νησιωτικῷ· εἰ δὲ νήσῳ ἐοικυῖαν, ἅ τε περὶ Τύρου Ἀριστόβουλος ἱστόρησε, καὶ περὶ Κυζίκου Ἀριστείδης ἐν τῷ πρὸς Κυζικηνούς, καὶ Ξενοφῶν ἐν τοῖς Πόροις τοῖς περὶ τῆς Ἀττικῆς*[2]. Sed magis etiam damnatorium ferre de Aristobulo judicium cogimur, ubi tertius Luciano accedit testis rhetor anonymus, de cujus testimonio post Demadem Aristobulus princeps exstitit *τῆς κολακευτικῆς ῥητορικῆς*[3]. Quod severius arbitrium ut caute in quaestione nostra adhibendum, ita tanto majoris esse pretii arbitror, quanto facilius cum reliquis illis judiciis conciliatur[4]. Mihi adeo Luciani, Plutarchi, Menandri et Anonymi illius sententias ad unum cogenti universe haud ita praeclare de dictione Aristobuli statuendum videtur,

---

1) *Non poss. suav. viv.* X. Timocleae historiam tradit, ex Aristobulo fortasse petitam, Plutarchus *Vit. Alex.* XII, multoque enucleatius in libello *de mul. virt.* (ed. Hutt.) VIII p. 299 sqq.

2) *De Encom.* II. 1 (Rhett. ed. Walz IX p. 160.). Hujus vero elegantissimae Tyri descriptionis vestigia vix agnoscimus ap. Arrian. II. 15. 6 sqq., ne semel quidem in tota relatione Aristobulum auctorem laudantem.

3) Rhett. ed. Walz III p. 610 : *Πέντε ἐγένοντο ῥητορικαί· πέμπτη ἡ κολακευτική, ἧς ἡγήσατο Δημάδης καὶ Ἀριστόβουλος.*

4) Si enim *κολακευτικὴ ῥητορικὴ* ea est cum Platone (*Gorg.* p. 464 D.) dicenda. quae *τοῦ μὲν βελτίστου οὐδὲν φροντίζει, τῷ δὲ ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν καὶ ἐξαπατᾷ, ὥστε δοκεῖ πλείστου ἀξία εἶναι·* quid de Arriani aliorumque testimoniis statuas, quid de tota Aristobuli fide superesit? Imo vero Anonymi locus non e philosophantis Platonis sententia explicandus est, sed de ornata illa et amplificata, ad legentium animos captandos elaborata dictione intelligendus, quam in orationibus notavit Quinctilianus *J. O.* VIII. 3 sq.

dummodo Historiarum scriptori exaggerata dictio et fucata elegantia vitio, nec laudi, vertenda sit. Quae Isocratea dictio in Theopompo displicuit peritissimo harum rerum arbitro Dionysio, ὑψηλή τε καὶ μεγαλοπρεπὴς καὶ τὸ πομπικὸν ἔχουσα πολὺ [1]), eandem Aristobulo propriam fuisse censeo. Orationis genus affectavit et amplexus est perpolitum quidem, elegans, ornatum, sed floridius, grandius, elatius, cui deësset saepe tum ἁπλότης illa tum ἀλήθεια, quam ab historico exspectaveris et postulaveris; inesset vero fucatus ille nitor et delectandi studium, quod unice in oratore tuleris et probaveris. Verbo, ut in commentariorum, quos edere cogitabat, primis velut lineamentis, rhetorum more, heroëm descripserat Alexandrum, ἐλέφαντας ἑνὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα · ut in Timoclea pingenda lepidissimam exhibuit venustissimae feminae imaginem, quae spectatores in sui amorem velut pelliceret et raperet; ut in Tyro commendanda ejus situm summo artificio coloribusque vividissimis expressit: ita quamvis opportunitatem gratam Aristobulo fuisse reor, ut saeculi sui studio nimis indulgens, grandia venaretur, permulceret lectorum animos, oratorem in historia ageret.

Itaque de Aristobuli commentariis quid sentiam, his paucis complectar. Fidis omnino Alexandri historicis illum non accenseam; nemo quisquam enim hoc nomine dignus repertus est; sed fidissimis cum Ptolemaeo facile palmam praeripuit. Qui vero pluribus nominibus laudari meretur, ita quidem duobus potissimum vitiis laudes ipse suas obtrivit, ut tum Alexandro adulatus turpia ejus interdum attenuaverit, in majus celebraverit praeclara; tum etiam delectationi serviens atque descriptionis elegantiae non semper narrare magis historiam quam ornare studuerit.

---

1) *Ep. ad Cn. Pomp.* VI p. 787. (ed. Reisk.).

Non finienda est haec disputatio, anteaquam verbo dixerimus de auctore duorum operum, quae Aristobulo tribuuntur. Alterius, περὶ λίθων inscripti, librum *primum*, alterius, cui Ἰταλικὰ fuit titulus, *tertium* librum laudat Plutarchus [1]). Ex illo fragmentum profert de lapide quodam in Scythico Tanaïde reperiri solito; ex hoc quaedam de morte Romuli excerpsit. Utrique operi idem fuisse auctor videtur, quem tamen Cassandrensem [2]) Aristobulum habendum esse nec negaverim nec vero affirmaverim. Atque idem jam olim Vossius censuit [3]). Contra Heerenus [4]) paulum abfuit, quin Aristobulum, qui de rebus Italiae commentationem edidit, trium saeculorum intervallo post Alexandri M. historicum vixisse crederet. Agens enim de Ἰταλικῶν scriptoribus, a Plutarcho laudatis, plurimos eorum Augusti demum aetate floruisse su-

---

1) *De fluv.* XIV; *Parall. min.* XXXII.

2) Haec ipsam ansam nobis praebent ut ceteros qui memorantur Aristobulos, quantum quidem nunc suppetunt, obiter recenseamus, missis tamen tum reliquis Judaeis tum peripatetico illo philosopho, quem e Valckenarii *Diatribe* nemo ignorat. Primus igitur in censum venit Aristobulus *pharmacopola*, cujus filius Aristion Plataeënsis ex amicitia, a pueris cum Demosthene contracta, nominis quandam celebritatem adeptus est. Vid. Aeschin. c. *Ctesiph.* p. 76, 36 ed. Steph., coll. Harpocr. v. Ἀριστίων. Proximus illi aetate est *Neoclis f.* Aristobulus, quem fratrem suum Epicurus ad philosophiam cohortatus συμφιλοσοφοῦντα habuit (Diog. Laërt. X. 3.). Ad eundem scripta olim ferebatur Epistola Epicuri (l. l. VII. 1. 9.), ejusque nomine Epicurus opus quoddam insigniverat (l. l. X. 28.). Porro a Plinio (*H. N.* XXXV. 40. 42.) inter «non ignobiles pictores» recensetur Aristobulus *Syrus*. Longe recentioris aetatis sunt, qui saec. p. Chr. IV vixit, Aristobulus, Libanio Sophistae amicissimus, cujus exstat ad illum Epistola Lat. CXCVI, et Aristobulus *Constantinopolitanus*, ut videtur, qui Constantinopoli degit Imp. Mauricio, saec. VI exeunte, memoratus a Theophylacto, cujus locus innotuit mihi ex Photii excerptis *Bibl.* p. 29 a 13. Tandem nomine cogniti sunt Aristobuli *Aetolus* ap. Ross. *Inscr. ined.* I. 70.; *Cous* et *Rhodius* ap. Mionnet. *Descr. de med. antiq.* III. 403, 414; *Delphus* ap. Boeckh. *Corp. Inscr.* 1699, 1700, unde Senatorem fuisse patet, 1705; denique l. l. 276 Aristobulum quendam memoratum legas, Marathonii Symmachi patrem.

3) *H. G.* p. 89 : «Plutarchus, ait, citat primum Aristobuli librum de lapidibus. Siquis eundem putet, non video, ut refelli possit. Fortasse et idem est Aristobulus, cuius libros de rebus Italicis citat Plutarchus.»

4) l. l. p. 103.

spicatur, quod Dionysius Halicarnassensis eos ignorasse videatur. Quod tamen argumentum vereor ne leviusculum sit: nam Dionysius,[1]) nominatis Hieronymo Cardiano, Timaeo, Antigono, Polybio et Sileno, *μυρίων ἄλλων*, ut vocat, qui Graeci ante ipsum res Romanas tradidere, in his etiam Dioclis Peparethii, *Ῥώμης κτίσεως* auctoris[2])., adscribere nomina supersedet. Neque etiam Macedonico aevo ita plane neglectum Graecis jacuit rerum Romanarum studium, quin, si nihil aliud obstat, aetatis ratione habita Cassandrensis Aristobulus *Italicorum* auctor videri possit; id quod Aristotelis, Theophrasti et, quem modo dicebam, Hieronymi Cardiani exempla arguunt.[3]) Nobis vero, quibus de vita Aristobuli levissima tantum, de studiis ejus nulla prorsus est notitia, quae potest esse nisi inanis de hac quaestione conjectura? Leguntur igitur apud Plutarchum duo illa Aristobuli, quisquis fuit, fragmenta hoc modo:

Γεννᾶται ἐν αὐτῷ (Ταναΐδι) καὶ λίθος κρυστάλλῳ παραπλήσιος, ὢν ἀνθρωπόμιμος, ἐστεμμένος. Ὅταν δ' ἀποθάνῃ βασιλεὺς, ἀρχαιρεσίας παρὰ τὸν ποταμὸν τελοῦσιν· καὶ ὃς ἂν εὑρεθῇ τὸν λίθον ἐκεῖνον ἔχων, παραχρῆμα βασιλεὺς γίνεται, καὶ τὰ σκῆπτρα παραλαμβάνει τοῦ τελευτήσαντος, καθὼς ἱστορεῖ Κτησιφῶν ἐν γ' περὶ Φυτῶν. Μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἀριστόβουλος ἐν γ' περὶ Λίθων.

Διὰ τοὺς ἀστυγείτονας πολέμους ἡ σύγκλητος τῶν Ῥωμαίων τοῦ δήμου τὸ σιτόμετρον ἦρε· Ῥωμύλος δὲ ὁ βασιλεὺς, βαρέως ἐνεγκὼν, τῷ δήμῳ ἀπέδωκε, πολλοὺς δὲ τῶν μειζόνων ἐκόλαζεν. Οἱ δὲ φονεύσαντες αὐτὸν ἐν τῇ συγκλήτῳ βουλῇ καὶ κόψαντες εἰς τοὺς κόλπους ἔλαβον. Ῥωμαῖοι δὲ μετὰ πυρὸς εἰς τὴν σύγκλητον ἔδραμον. Αἴτιος δὲ Πρόκλος, τῶν ἐπισήμων ἀνὴρ, εἶπε, τὸν Ῥωμύλον ἐν ὄρει ἑωρακέναι μείζονα παντὸς ἀνθρώπου θεὸν

---

1) *Ant. Rom.* I. 6.
2) Plutarch. *Vit. Rom.* III.
3) Cf. Krause, *Vitt. et fragm. vett. hist. Rom.* p. 30 sqq.

γεγενῆσθαι. Ῥωμαῖοι δὲ πιστεύσαντες ἀνεχώρησαν, ὡς Ἀριστόβουλος ἐν τρίτῳ Ἰταλικῶν[1]).

---

1) Eandem famam de Romuli morte memorat Plutarch. *Vit. Rom.* XXVII, Dionys. Halic. *A. R.* II. 56, Livius I. 16, qui : «Fuisse credo, inquit, tum quoque aliquos, qui discerptum Regem Patrum manibus taciti arguerent : manavit enim haec quoque, sed perobscura fama. «Ceterum accurata rerum expositio quam nulla fere fragmento Aristobuli insit, haud quemquam latuerit, quamvis in Graeco homine minus aegre feras, quod *Λίτιον*, non *Ἰούλιον* esse Proculo praenomen voluerit, simili errore quo ab Aristotele scimus Camillum *Λεύκιον* appellatum. Vid. Plutarch. *Vit. Cam.* XXII. Pro *γεγενῆσθαι* scriptum fortasse malueris *γεγενημένον*. Nunc est quod suspiceris, post verbum *ἑωρακέναι* excidisse copulam *καί*.

ARISTOBULI

FRAGMENTA.

ARISTOBULI

FRAGMENTA.

I.

Lucian. *Macrob.* XXII. *Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεὺς— τὴν Ἱστορίαν τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει.*

II.

Plutarch. *Vit. Demosth.* XXIII. *Ὅτε καὶ τὸν περὶ τῶν προβάτων λόγον ὁ Δημοσθένης, ὡς τοῖς λύκοις τοὺς κύνας ἐξέδωκε, διηγησάμενος, αὐτὸν μὲν εἴκασε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κυσὶν ὑπὲρ τοῦ δήμου μαχομένοις, Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Μακεδόνα μονόλυκον προσηγόρευσεν. Ἔτι δ' «Ὡς, ἔφη, τοὺς ἐμπόρους ὁρῶμεν, ὅταν ἐν τρυβλίῳ δεῖγμα περιφέρωσι, δι' ὀλίγων πυρῶν τοὺς πολλοὺς πιπράσκοντας, οὕτως ἐν ἡμῖν λανθάνετε πάντας αὐτοὺς συνεκδιδόντες.» Ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεὺς ἱστόρηκε.*

Quae me permoverint causae, ut ab hoc fragmento abesse jusserim et locum Plutarchi proxime praecedentem, et Sui-

5*

dae v. *Ἀντίπατρος* I p. 227, quem utrumque Aristobulo vindicavit Ruhnkenius (ad Rutil. Lup. p. 32 sq. coll. *Hist. crit. Oratt.* p. LXXXII.), paulo accuratius exponere juvat. Plutarchus igitur : *Εὐθὺς ὁ Ἀλέξανδρος ἐξῄτει πέμπων τῶν δημαγωγῶν δέκα μὲν, ὡς Ἰδομενεὺς καὶ Δοῦρις εἰρήκασιν, ὀκτὼ δ' ὡς οἱ πλεῖστοι καὶ δοκιμώτατοι τῶν συγγραφέων, τούσδε· Δημοσθένη, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Λυκοῦργον, Μοιροκλέα, Δήμωνα, Καλλισθένη, Χαρίδημον.* Nihil nunc curans Plutarchi inconstantiam, alibi *denarium* numerum pro vero venditantis, nihil ceterorum scriptorum testimonia, qua de re dixi ad *Durid. Sam. Rell.* p. 55 sq., continuo pergam ad Arrianum, cujus de Oratoribus, post captas Thebas postulatis, haec sunt verba I. 10. 4 : *Ἐπιστολὴν γράψας πρὸς τὸν δῆμον ἐξῄτει τοὺς ἀμφὶ Δημοσθένην καὶ Λυκοῦργον· καὶ Ὑπερείδην δὲ ἐξῄτει καὶ Πολύευκτον καὶ Χάρητα καὶ Χαρίδημον καὶ Ἐφιάλτην καὶ Διότιμον καὶ Μοιροκλέα.* Vides *novem* recenseri, quibus neque *octo* illi, Plutarcho memorati, continentur omnes; unde palam est ex alio fonte Arrianum hausisse, ex alio Plutarchum. Hunc ponamus sua apud Aristobulum legisse; quem consultum ab Arriano putes, fidissimo Ptolemaei et Aristobuli sectatore? Ptolemaeum an alium quemlibet? Haud crediderim propter constantem fere Arriani morem, in graviori testimoniorum discrimine quem sequatur nominare soliti, sed nihil monentis, ubi vel concinniores Ptolemaei commentarios ex Aristobuli Historiis supplevit, vel eadem uterque scripserunt. Utrumcunque de hoc loco statuere malis, nil attinet : Aristobulum a Ptolemaeo non dissensisse probabile est, neque adeo illius esse, quae exhibet Plutarchus. Sic vero puta. Plutarchus Oratorum haec tradidit nomina, quae scriptorum ei maxime probatorum *plurimi* tradebant; qui rursus quum apophthegmata illa Demosthenis memoriae non prodidissent, ea ab Aristobulo deprompta reliquorum testimonio commode subjunxit. Neque alio spectat monitum : *Ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστ. ὁ Κασσ. ἱστόρηκε.* At multo etiam debiliore argumento Suidae locum Ruhnkenius ad Aristobulum transtulit. Is : *Νικήσας δὲ*, ait, *ᾔτει τοὺς δέκα ῥήτορας* (cf. v. *Δημοσθένης* I p. 544.), *οὓς ἐξέδοσαν Ἀθηναῖοι· Δημοσθένην, Ὑπερίδην, Λυκοῦργον, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Θρα-*

σύβουλον, Χάρητα, Χαρίδημον, Διότιμον, Πατροκλέα, Κάσσανδρον. Decem pollicitus, donat *undecim.* Sed vitio aperte laborant postrema : nam nisi pro *Πατροκλέα* cum Plutarcho et Arriano legendum est *Μοιροκλέα*, in *Κάσσανδρον* tamen, cujus nominis Oratorem Athenae ignorarunt, mendum haerere apparet, quod sic sustulit Ruhnkenius, ut scriberet : *οὕτως Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεύς.* «Haec conjectura (monet), fateor enim, audacior videri possit. Sed omnem dubitationem eximit Plutarchus l. c., qui, ubi eandem rem narrasset, subjungit : *ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστ. ὁ Κασσ. ἱστόρηκε.*» Sic Vir Celeb., quum paulo ante recte vetuisset Suidam, alios auctores secutum, ad Plutarchi lectionem conformari. At vide quantum dubitationis injiciat Plutarchus. Diversus numerus, diversa nomina. Nihil igitur Suidae cum Plutarcho, nihil etiam cum Aristobulo commune, sive hunc Plutarcho fontem fuisse censeas, seu, quod credibile, Arriano. Suidae locus, hac postrema parte, una Toupii medela sanatur. De Antipatro Iolai f. locutus, Suidas novo capite v. *Ἀντίπατρος Κασσάνδρου*, de altero Antipatro dixit, Cassandri f., a Demetrio necato; vel, quod potius mihi videtur, ne lacunam fingamus, hunc alterum Antipatrum memoravit tantum, ut saepius in nominibus agere solet. Hinc, omissa a scribis voce *Ἀντίπατρος*, vox *Κασσάνδρου* in *Κάσσανδρον* mutata Oratorum nominibus addi coepit.

Interim, quod non monuit Ruhnkenius, monere tamen ab his non alienum puto, totus Suidae locus, restituta etiam extrema parte, egregie depravatus est; quae res, praeter alios, fefellit etiam Wachsmuth. *Hell. Alth.* p. 679 nov. edit. Orditur enim Suidas hoc modo : *Οὗτος, ἐπεὶ διεδέξατο τὴν ἀρχὴν τῶν Μακεδόνων, ἐπολιορκήθη μὲν ἐν Λαμίᾳ τῆς Θεσσαλίας ὑφ' Ἑλλήνων· ἀναχωρησάντων δὲ τῶν Αἰτωλῶν, εἶτα τῶν ἄλλων, ἐσώθη. Νικήσας δὲ, ᾔτει τοὺς δέκα ῥήτορας, οὓς ἐξέδοσαν Ἀθηναῖοι.* Subsequitur Oratorum recensio. Illa autem nonne luce clarius est de temporibus dici post Alexandrum, quum Pharsalo capta Antipater Atheniensibus obsidionem minaretur, *εἰ μὴ τοὺς ῥήτορας ἐκδοίησαν* (*Vitt. X Oratt.* ed. Westerm. p. 77.), et accepto nuntio Demochares gladio succinctus concionaretur

(l. l. p. 79.)? Traditos esse Oratores Suidas contendit; nolim probare; eos vero ipsos traditos esse, qui nominantur, quis credat? Ceteros non curo, sed id temporis Lycurgum diem dudum obiisse, certissimum est. Cff. Clinton. p. 173 sq. et Droysen. *Gesch. d. Nachf. Alex.* p. 87 sq. Quapropter suspecta mihi est illa Oratorum recensio, quam summae Suidae ipsius negligentiae debemus, qua satis inepte quae ad res Alexandri pertinebant quaeque ad Antipatri in unum conjunxit. *Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ.*

III.

Plutarch. *de Alex. s. virt. s. fort.* I. 3. *Ἐν τοσαύτῃ πενίᾳ καὶ πράγμασι ταραχὰς ἔχουσι, — ἐθάῤῥησεν (ὁ Ἀλέξανδρος) ἐλπίσαι Βαβυλῶνα καὶ Σοῦσα, μᾶλλον δὲ τὴν πάντων ἀνθρώπων ἀρχὴν εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι, τοῖς τρισμυρίοις οὖσι πεζοῖς καὶ τετρακισχιλίοις ἱππεῦσι πιστεύσας. Τοσοῦτοι γὰρ ἦσαν, ὡς Ἀριστόβουλός φησιν.* — *Vit. Alex.* XV. *Ἐφόδιον δὲ τούτοις οὐ πλέον ἑβδομήκοντα ταλάντων ἔχειν αὐτὸν Ἀριστόβουλος ἱστορεῖ.*

De numero copiarum supra exposui p. 26 sqq. ad Ptol. Fragm. IV. Opes Alexandri Duris, id quod deinceps apud Plutarchum sequitur, non exsuperasse scripsit *τριάκοντα ἡμερῶν διατροφήν*, quae iterum ex Aristobulo et Duride connectit Plutarchus *Orat. de Alex.* I. l. l. Sed eodem rediens *Orat.* II. 11: *Διέβαινεν*, inquit, *ὡς μὲν Φύλαρχός φησιν, ἡμερῶν τριάκοντα ἔχων ἐφόδιον· ὡς δ' Ἀριστόβουλος, ἑβδομήκοντα τάλαντα.* Itaque quum alibi Plutarchus Duridi bis tribuerit, quae hoc loco tribuit Phylarcho, Phylarchi autem *Historiarum* ratio ea fuerit, ut de rebus Alexandri non nisi obiter narraret, adeoque mirum sit tali in re ad ejus auctoritatem provocari, jam pridem mihi visum est et monui ad Durid. Fragm. IX p. 77 sq., postremo Plutarchi loco, quippe quem fefellisset memoria, nomen Duridis reponendum esse. Aliter censet v. Gent *Epist. crit.* p. 7, dubitans num in nomine *Φύλαρχος* lateat *Κλείταρχος*, quem fortasse Duris in enarrandis Alexandri rebus gestis hic illic fuerit secutus. Atqui ita conjecturam conjectura tuemur, siquidem Duridem in fontibus habuisse Clitarchum non liquet. Nec quid inde lucremur intelligo. Cli-

tarchus de opibus Alexandri id narrare omnino potuit; sed potuit etiam Phylarchus; Duris vero, quod maximum est, narravit. Quae causa est, cur mihi etiam nunc optimum factu videtur, ut Plutarchum ex Plutarcho emendemus. Verum ad Aristobulum redeo, qui quod Alexandro in Asiam trajicienti *ἐφόδιον* fuisse dixit *οὐ πλέον ἑβδομήκοντα ταλάντων*, in eo haud ita multum discrepat a testimonio Alexandri ipsius, apud Arrianum VII. 9. 6 profitentis, se in patris Philippi thesauris reperisse *τάλαντα οὐδὲ ἑξήκοντα*· quod confirmatur loco Curtii, qui est X. 2. 24. Absurda Jul. Valerii (I. 15.) traditio non digna est quae memoretur.

IV.

Plutarch. *Vit. Alex.* XVI. *Τῶν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον Ἀριστόβουλός φησι τέσσαρας καὶ τριάκοντα νεκροὺς γενέσθαι τοὺς πάντας, ὧν ἐννέα πεζοὺς εἶναι. Τούτων μὲν οὖν ἐκέλευσεν εἰκόνας ἀνασταθῆναι χαλκᾶς, ἃς Λύσιππος εἰργάσατο.*

Ergo viginti quinque equites interfecti, quod etiam Arrianus ait I. 16. 4. Sed Plutarchus ex Aristobulo non omnes omnino ad Granicum mortuos recensuit, sed solos qui ex *τῇ ἑταιρικῇ ἵππῳ* quique ex *τοῖς πεζεταίροις* ceciderunt : nam reliqui exercitus interierunt plures, non pari honore ornati. Discrimen accurate notat Arrianus l. l. *Μακεδόνων*, inquit, *τῶν μὲν ἑταίρων ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι καὶ πέντε ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ ἀπέθανον· καὶ τούτων χαλκαῖ εἰκόνες ἐν Δίῳ ἑστᾶσιν, Ἀλεξάνδρου κελεύσαντος Λύσιππον ποιῆσαι· — τῶν δὲ ἄλλων ἱππέων ὑπὲρ τοὺς ἑξήκοντα, πεζοὶ δὲ ἐς τοὺς τριάκοντα. Καὶ τούτους τῇ ὑστεραίᾳ ἔθαψεν Ἀλέξανδρος ξὺν τοῖς ὅπλοις τε καὶ ἄλλῳ κόσμῳ· γονεῦσι δὲ αὐτῶν καὶ παισὶ τῶν τε κατὰ τὴν χώραν ἀτέλειαν ἔδωκε καὶ ὅσαι ἄλλαι ἢ τῷ σώματι λειτουργίαι ἢ κατὰ τὰς κτήσεις ἑκάστων εἰσφοραί.* Novem pedites, centum viginti equites numerat, in ceteris negligentior, Justinus XI. 6.

V.

Athenaeus II p. 43 D. *Ἀριστόβουλος ὁ Κασσανδρεύς φησιν, ἐν Μιλήτῳ κρήνην εἶναι Ἀχίλλειον καλουμένην, ἧς τὸ μὲν ῥεῦμα εἶναι γλυκύτατον, τὸ δ' ἐφεστηκὸς ἁλμυρόν· ἀφ'*

ἧς οἱ Μιλήσιοι περιβϱάνασθαί φασι τὸν ἥρωα, ὅτε ἀπέκτεινε Τράμβηλον, τὸν τῶν Λελέγων βασιλέα.

Capta ab Herculo Troja, Telamon, qui omnium primus murum adscenderat, in praemium virtutis Theaniram sive Hesionen accepit, Laomedontis Regis filiam; sed haec, jam gravida e marito, e nave aufugit natandoque pervenit Miletum. Quam Istri narrationem corrigens Tzetzes ad Lycophr. 467 : *Ἐγὼ δὲ*, inquit, *ὠνηθεῖσάν φημι παρὰ Πριάμου, βασιλεύοντος τῆς Μιλήτου Ἀρίωνος, ὃς αὐτὴν ἐν ὕλῃ κεκρυμμένην εὑρὼν διέσωσε, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα υἱὸν, Τράμβηλον κληθέντα, ἀνέθρεψεν ὡς ἴδιον παῖδα.* Hinc Arioni mortuo Trambelus successisse videtur et regnasse Lelegibus, qui antiquissimis temporibus una cum Caribus totam regionem tenuisse feruntur, postea Ioniam dictam, adeoque Miletum, cui inde nomen datum est Lelegeïs. Vid. Herod. I. 171; Strab. XIV p. 938 A, 941 C; Pausan. VII. 2. 3; Plin. *H. N.* V. 3, alios. Pergit autem Tzetzes : *Τῆς δ' ἐπὶ Ἴλιον στρατείας γενομένης, Ἀχιλλεὺς εἰς Μίλητον παρεγένετο, καὶ τὸν Τράμβηλον ἀντιστάντα ἀνεῖλε. Θαυμάσας δὲ τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ, καὶ μαθὼν Τελαμῶνος εἶναι υἱὸν, ἔθαψεν αὐτὸν, δακρύσας ὡς συγγενῆ.* En fabulam, ad quam Aristobulus respexit. Alia de Trambelo in Apriates historia tradit Euphorion apud Parthenium *Erot.* XXVI, quem si audis, Achilles in Lesbo insula Lelegum Regem tum interfecit tum sepeliit. *Ἐπεὶ δὲ ἔγνω*, inquit, *παῖδα Τελαμῶνος ὄντα, πολλὰ κατοδυρόμενος ἐπὶ τῆς ἠϊόνος μέγα χῶμα ἔχυσε. τοῦτο ἔτι νῦν ἡρῷον Τραμβήλου καλεῖται.* Sed *tumulus* Trambeli quum appellari *ἡρῷον* vix potuerit, *ἠρίον* rescribendum esse acute vidit Meinekius *Anal. Alex.* p. 57. De Aristobuli autem loco jam confer, quae monuit idem vir Celeb. in *Philol. exercitt. in Athen.* I p. 5. Ceterum, ut hoc obiter addam, Trojani belli tempore alter Lelegum Rex commemoratur *γέρων ὀνομακλυτὸς Ἄλτης, Πήδασον αἰπήεσσαν ἔχων ἐπὶ Σατνιόεντι*, cujus filia Laothoë ex Priamo susceperat Lycaonem, ab Achille item interfectum. Testatur Homerus *Iliad.* Φ. 84 sqq., Χ. 46 sqq.

VI.

Plutarch. *Vit. Alex.* XVIII. *Γόρδιον πόλιν, ἑστίαν Μίδου τοῦ παλαιοῦ γενέσθαι λεγομένην, παραλαβὼν, τὴν θρυλλου-*

μένην ἅμαξαν εἶδε, φλοιῷ κρανείας ἐνδεδεμένην, καὶ λόγον ἐπ' αὐτῇ πιστευόμενον ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἤκουσεν, ὡς τῷ λύσαντι τὸν δεσμὸν εἵμαρται βασιλεῖ γενέσθαι τῆς οἰκουμένης. Οἱ μὲν οὖν πολλοί φασι, τῶν δεσμῶν τυφλὰς ἐχόντων τὰς ἀρχὰς καὶ δι' ἀλλήλων πολλάκις σκολιοῖς ἑλιγμοῖς ὑποφερομένων, τὸν Ἀλέξανδρον ἀμηχανοῦντα λῦσαι, διατεμεῖν τῇ μαχαίρᾳ τὸ σύναμμα, καὶ πολλὰς ἐξ αὐτοῦ κοπέντος ἀρχὰς φανῆναι. Ἀριστόβουλος δὲ καὶ πάνυ λέγει ῥᾳδίαν αὐτῷ τὴν λύσιν γενέσθαι, ἐξελόντι τοῦ ῥυμοῦ τὸν ἕστορα καλούμενον, ᾧ συνείχετο τὸ ζυγόδεσμον, εἶθ' οὕτως ὑφελκύσαντι τὸν ζυγόν.

Arrian. *de Exp. Alex.* II. 3. 7. *Ἀριστόβουλος δὲ λέγει, ἐξελόντα τὸν ἕστορα τοῦ ῥυμοῦ, ὃς ἦν τύλος διαβεβλημένος διὰ τοῦ ῥυμοῦ διαμπὰξ ξυνέχων τὸν δεσμὸν, ἐξελκῦσαι ἔξω τοῦ ῥυμοῦ τὸν ζυγόν.*

Vulgarem de soluto nodo Gordiano traditionem legas apud Arrian. l. l., Curt. III. 1. 18, Justin. XI. 7. Aristobulo accedit nemo. Ejus explicationem facile intelliget, qui tenuerit, hanc antiquitus fuisse curruum rationem, ut extremo temoni (*ῥυμῷ*), qui ex curru prominebat, jugum alligaretur loco jugali (*ζυγοδέσμῳ*), quod quidem in temone clavo (*ἕστορι*) annectebatur. Illud autem *ζυγόδεσμον*, si quid statuendum e Priamei currus descriptione apud Homerum, longissimum erat; unde ejus alteram partem ab utriusque equi latere ter deinceps circa medium jugum religabant, orasque in nodum ita glomerabant, ut laterent. Vid. Hom. *Iliad. Ω.* 268 sqq., ibique Eustath. et Heyn. Cf. Terpstra *Antiq. Hom.* p. 301. Illo igitur clavo e temone extracto, non potuerunt non prosilire *ζυγοδέσμου* orae nodusque occultus sponte solvi. Verissime tamen monet Droysen. *Gesch. Alex.* p. 152 : «*Angenommen, dass die Sache so richtig sei* (*wie Aristobul erzählt*), *so wird zuverlässig das ganze Heer das Zerhauen mit dem Schwerte lieber geglaubt und nacherzählt haben, als die in der That unbedeutende Operation mit dem Spannagel; wie beim Ei des Columbus, ist nicht das Resultat, sondern die Neuheit der Lösung ein Zeugniss des Genies.*»

VII.

Arrian. II. 4. 7. *Ἀλέξανδρος, ὡς μὲν Ἀριστοβούλῳ λέλεκται, ὑπὸ καμάτου ἐνόσησεν· οἱ δὲ εἰς τὸν Κύδνον ποταμὸν λέγουσι ῥίψαντα νήξασθαι, ἐπιθυμήσαντα τοῦ ὕδατος, ἱδροῦντα καὶ καύματι ἐχόμενον.*

Similiter Plutarchus *Vit. Alex.* XIX : *Ἦν ἡ διατριβὴ (ἐν Κιλικίᾳ) διὰ νόσον, ἣν οἱ μὲν ἐκ κόπων, οἱ δὲ λουσαμένῳ ἐν τῷ τοῦ Κύδνου ῥεύματι καταπαγέντι προσπεσεῖν λέγουσι.* Hos sequuntur Curtius III. 5. 1 sqq., Justinus XI. 8, Auctor *Itiner.* XXVIII sq. et Jul. Valerius II. 31.

VIII.

Athenaeus XII p. 530 A. B. *Ἀριστόβουλος· «Ἐν Ἀγχιάλῃ, ἣν ἐδείματο (φησὶ) Σαρδανάπαλος, Ἀλέξανδρος ἀναβαίνων εἰς Πέρσας κατεστρατοπεδεύσατο. Καὶ ἦν οὐ πόῤῥω τὸ τοῦ Σαρδαναπάλου μνημεῖον, ἐφ' οὗ ἑστάναι τύπον λίθινον, συμβεβληκότα τῆς δεξιᾶς χειρὸς τοὺς δακτύλους, ὡς ἂν ἐπικροτοῦντα. Ἐπιγεγράφθαι δὲ αὐτῷ Ἀσσυρίοις γράμμασι· Σαρδανάπαλος, Ἀνακυνδαράξου παῖς, Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἡμέρῃ μιῇ. Ἔσθιε, πῖνε, παῖζε· ὡς τἄλλα τούτου οὐκ ἄξια. Τοῦ ἀποκροτήματος ἔοικε λέγειν.»*

Strabo XIV p. 988 C. D. *Ἀγχιάλη, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης κτίσμα Σαρδαναπάλου, φησὶν Ἀριστόβουλος· ἐνταῦθα δ' εἶναι μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλου, καὶ τύπον λίθινον, συμβάλλοντα τοὺς τῆς δεξιᾶς χειρὸς δακτύλους, ὡς ἂν ἀποκροτοῦντα. Ἔνιοι δὲ καὶ ἐπιγραφὴν εἶναί φασιν Ἀσσυρίοις γράμμασι, τοιάνδε· Σαρδανάπαλος, ὁ Ἀνακυνδαράξεω παῖς, Ἀγχιάλην καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἐν ἡμέρῃ μιῇ. Ἔσθιε, πῖνε, παῖζε· ὡς τἄλλα τούτου οὐκ ἄξια. Τοῦ ἀποκροτήματος.*

De Sardanapali monumentis eorumque inscriptionibus quum prae aliis fuse et ingeniose in primis disputaverit Naekius, *Choeril. fragm.* p. 196 sqq. (cf. Westerm. *Comm. de Cal-*

listh. II. 2 p. 3 sqq.), a me quidem nemo exspectabit, ut vel proferam nova vel diu iisdem immorer. Quoniam vero Aristobulum tractandum mihi sumpsi, principem Sardanapali monumenti auctorem, aliqua certe explicatione hic opus esse videtur. Itaque post Naekium moneo, duo olim fuisse Sardanapali monumenta, alterum, sepulcrum, non procul Nino, prope Anchialen sive Anchialum alterum. Utriusque inscriptio sententiam retulit aliquatenus similem, sed Ninii epigramma Chaldaico sermone expressum fuit, Anchialei Assyriaco. Illud ex Amyntae *Σταθμοῖς* servavit Athenaeus XII p. 529 F, 530 A et metrice interpretatus esse fertur Choerilus Jassensis, ita fere ut legitur tum alibi tum apud Athen. VIII p. 336 A et Strab. l. l.; sed Strabo, quem sequitur Stephanus Byz. v. *Ἀγχιάλη* p. 12, 26, Assyriacum et Chaldaicum deinceps, nec distincte, exhibet. Celebratissima vero est Anchialei monumenti inscriptio et plurimis scriptoribus recepta, quorum rursus haud pauci Anchialeam pro Ninia venditarunt, Suidam dico v. *Σαρδανάπαλους* III p. 287, Photium p. 500, 11, Hesych. II p. 1153 (ed. Albert.), Apostol. XVII. 26, Auct. *App. Provv.* (ed. Leutsch et Schneid.) IV. 68 p. 450, quibus addi possit Arsenius p. 426 sq. Naekius p. 237 sqq. peracute quadruplicem recensionem distinguit: primam Aristobuli, alteram Arriani, tertiam Clearchi, quartam denique Suidae. Nobis cum omnibus res non est. Unam Arriani recensionem propius spectabimus et cum genuina forma, ab Aristobulo prodita, conferemus.

Haec igitur sunt Arriani verba II. 5. 3: *Τὸ μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλου ἐγγὺς ἦν τῶν τειχῶν τῆς Ἀγχιάλου· καὶ αὐτὸς ἐφειστήκει ἐπ' αὐτῷ Σαρδανάπαλος, συμβεβληκὼς τὰς χεῖρας ἀλλήλαις, ὡς μάλιστα ἐς κρότον συμβάλλονται.* Falli hic Arrianum vel ejus auctorem, recte vidit Naekius p. 249 sqq. Nam, ut Aristobulus docet apud Strabonem et Athenaeum, (ubi omnino emendandum est *ἀποκροτοῦντα* pro *ἐπικροτοῦντα*) statua Sardanapali non manus habuit complosas, sed digitos collisos, medium puta et pollicem, et dextrae quidem manus; sinistra autem item erecta indicare *τἄλλα* videbatur, in inscriptione memorata. Illud comprobat etiam Suidas: *Τὸ ἐφεστὼς τῷ μνήματι ἄγαλμα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας πεποιη-*

ται, ὡς ἂν ἀποληκοῦν τοῖς δακτύλοις, quae repetunt Photius, Auctor *App. Provv.* et Arsenius. Vel sic tamen haec per se non sat gravis foret causa, cur Arrianum non ex Aristobulo, sed alio fonte hausisse poneremus. Nam, ut animadvertit Naekius p. 250 sq., fieri facile potuisset, ut Arrianus, quum aliquid legisset de manibus erectis deque strepitu, ex digitorum crepitu complosas manus efficeret. Sed ipsum epigramma, quod refert, alienum fontem manifeste arguit, uti statim apparebit. Veram inscriptionem servasse videtur Strabo, jam Tzschuckii cura liberatus ab inani interpolatione *σὺ δ', ὦ ξένε,* ante *ἔσθιε* ab Aldo inserta. Ex illo corrigendus Athenaeus, cui Schweighaeuserus genuinam formam *Ἀνακυνδαράξεω* male abstulit. Ibidem vocis *ἔδειμεν* ultima syllaba facile absorpsit voculam *ἐν*, quam praeter Strabonem servarunt Stephanus, mancus in *Κυνδαράξεω* et *ἡμέρᾳ*, et Schol. Aristoph. *Avv.* 1022, indeque Eudocia p. 372. Alii aliam praebent recensionem, praesertim inde ab *ὡς τἄλλα*. Horum Arrianus sic legit: *Σαρδανάπαλος, ὁ Ἀνακυνδαράξου παῖς, Ἀγχίαλον καὶ Ταρσὸν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἐδείματο. Σὺ δὲ, ὦ ξένε, ἔσθιε καὶ πῖνε καὶ παῖζε· ὡς τἄλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια. τὸν ψόφον αἰνισσόμενος, ὅνπερ αἱ χεῖρες ἐπὶ τῷ κρότῳ ποιοῦσι.* Vide quam multa immutet. Rejicit Ionicam formam, pro *Ἀγχιάλην* scribit *Ἀγχίαλον, ἔδειμεν* mutat in *ἐδείματο* et loco movet, post *ἔσθιε* et *πῖνε* intexit copulam *καί*, denique pro *τούτου οὐκ ἄξια* reddit *τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια.* Quod vero *τούτου* interpretatur de crepitu manuum, nec digitorum, hoc ei largiendum, qui supra de complosis manibus narravit. Tanta igitur discrepantia si etiam in aliis, utique non in recensione epigrammatis ferenda est. Quocirca vel fallor equidem vel Naekio assentiri cogimur, Arrianum, deserto in his primario fonte, Aristobulo, sua aliunde petere maluisse; quamquam unde profecerit, ne conjicere quidem ausim. Ceterum quod Aristobuli recensio continet vocabulum *παῖζε*, id, teste Arriano, *ῥαδιουργότερον ἐγγεγράφθαι ἔφασαν τῷ Ἀσσυρίῳ ὀνόματι.* Hinc *ὄχευε* dederunt Apollodorus ap. Schol. Aristoph. l. l., Suidas l. l. et v. *Ὀχεύω* II p. 748, Photius, ceteri; *ἀφροδισίαζε* Plutarchus *Orat. de Alex.* II. 3. Cf. Naekius p. 245.

IX.

Arrian. II, 12. 3—5. *Λέγουσί τινες τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων, τῆς νυκτὸς αὐτῆς, ᾗ ἀπὸ τῆς διώξεως τῆς Δαρείου ἐπανῆκεν, ἐς τὴν σκηνὴν παρελθόντα αὐτὸν τὴν Δαρείου, ἥτις αὐτῷ ἐξῃρημένη ἦν, ἀκοῦσαι γυναικῶν οἰμωγὴν, καὶ ἄλλον τοιοῦτον θόρυβον οὐ πόῤῥω τῆς σκήνης. Πυθέσθαι οὖν, αἵτινες γυναῖκες, καὶ ἀνθ' ὅτου οὕτως ἐγγὺς παρασκηνοῦσαι. Καί τινα ἐξαγγεῖλαι, ὅτι· «Ὦ βασιλεῦ, ἡ μήτηρ τε καὶ ἡ γύνη Δαρείου καὶ οἱ παῖδες, ὡς ἐξηγγέλθη αὐταῖς, ὅτι τὸ τόξον τε τοῦ Δαρείου ἔχεις καὶ τὸν κάνδυν τὸν βασιλικὸν, καὶ ἡ ἀσπὶς ὅτι κεκόμισται ὀπίσω ἡ Δαρείου, ὡς ἐπὶ τεθνεῶτι Δαρείῳ ἀνοιμώζουσιν.» Ταῦτα ἀκούσαντα Ἀλέξανδρον, πέμψαι πρὸς αὐτὰς Λεοννάτον, ἕνα τῶν ἑταίρων, ἐντειλάμενον φράσαι, ὅτι ζῇ Δαρεῖος· τὰ δὲ ὅπλα καὶ τὸν κάνδυν ὅτι φεύγων ἀπέλιπεν ἐπὶ τῷ ἅρματι, καὶ ταῦτα ὅτι μόνα ἔχει Ἀλέξανδρος. Καὶ Λεοννάτον παρελθόντα ἐς τὴν σκηνὴν, τά τε περὶ Δαρείου εἰπεῖν, καὶ ὅτι τὴν θεραπείαν αὐταῖς ξυγχωρεῖ Ἀλέξανδρος τὴν βασιλικὴν καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, καὶ καλεῖσθαι βασιλίσσας. Ἐπεὶ οὐ κατὰ ἔχθραν οἱ γενέσθαι τὸν πόλεμον πρὸς Δαρεῖον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀσίας διαπεπολεμῆσθαι ἐννόμως. Ταῦτα μὲν Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος λέγουσι.*

Hunc locum jam supra tetigimus ad Ptolemaei Fragm. VI p. 29.

X.

Plutarch. *Vit. Alex.* XXI. *Ἀλέξανδρος, ὡς ἔοικε, τοῦ νικᾶν τοὺς πολεμίους τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ βασιλικώτερον ἡγούμενος, οὔτε τούτων ἔθιγεν, οὔτ' ἄλλην ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου, πλὴν Βαρσίνης. Αὕτη δὲ, μετὰ τὴν Μέμνονος τελευτὴν χήρα γενομένη, περὶ Δαμασκὸν ἐλήφθη. Πεπαιδευμένη δὲ παιδείαν Ἑλληνικὴν, καὶ τὸν τρόπον ἐπιεικὴς οὖσα, καὶ πατρὸς Ἀρταβάζου, γεγονότος ἐκ βασιλέως θυγατρὸς, ἐγνώσθη, Παρμενίωνος προτρεψαμένου τὸν Ἀλέξανδρον, ὥς φησιν Ἀριστόβουλος, καλῆς καὶ γενναίας [καὶ τὸ κάλλος] ἅψασθαι γυναικός.*

Ante proelium Issense Persarum principes, praeter pecunias et ceteram supellectilem, uxores liberosque Damascum miserant (Arrian. II. 11. 9.), quibus omnibus Alexander,

pugna commissa, potitus est (Plutarch. l. l. XXIV.). In his fuere Pharnabazi uxor cum filio, Mentoris filiae tres, Memnonis jam mortui (Arrian. II. 1. 3.) conjux et filius. Rem tradit Curtius III. 13. 14. Hanc igitur Memnonis viduam propter formam Alexander amare et uxoris loco habere coepit; quod iterum testatur Plutarchus *Vit. Eum.* I : *Βαρσίνην τὴν Ἀρταβάζου πρώτην ἐν Ἀσίᾳ γνοὺς ὁ Ἀλέξανδρος κ. τ. λ.* Duae ei fuere sorores, quas Artacaman et Artonin Arrianus VII. 4. 6, (Artonen scribit Photius *Bibl.* p. 68 b 12.), Apaman et Barsinen Plutarchus l. l. vocat, sive suo seu librarii errore; quum non verisimile sit, idem fuisse duabus sororibus nomen; quocirca Plutarchum ad Arrianum refingendum puto. Aliam rationem iniit Droysenus, *Gesch. Alex.* p. 497. Artacaman Alexander Ptolemaeo Lagidae, Artonin Eumeni Cardiano uxorem dedit. Ipse ex Barsine suscepit filium Herculem (Plutarch. l. l.; Justin. XI. 10.), cui Pergami educato Nearchus post obitum Alexandri diadema dandum censuit. Vid. Curt. X. 6. 11; Justin. XIII. 2. Eundem multis annis post Pergamo arcessitum Polysperchon, si audis Diodorum XX. 28 (Cf. Tzetz. ad Lycophr. 101.), in gratiam Cassandri interfecit; si Pausaniam IX. 7. 2, ipse Cassander veneno necavit; si denique Justinum XV. 2, occidi tacite simul cum matre Barsine jussit. Factum hoc Demetrio Archonte Ol. CXVII. 4, quum, ut Justinus tradit, Hercules annum fere decimum quartum excessisset; ut vero Diodorus, decimum septimum : nam Archonte Hieromnemone Ol. CXVII. 3 eum natum scribit *περὶ ἑπτακαίδεκα ἔτη* (l. l. 20.). Jam, si hunc sequimur, natus fuerit Hercules circa Ol. CXIII. 3. Quandoquidem vero, Aristobulo auctore, Alexander Parmenionis impulsu, trucidati Ol. CXII. 4 (Diod. Sic. XVII. 80.), rem cum Barsine habuit, Alexander autem Ol. CXIII. 1 Roxanen uxorem duxit (Arrian. IV. 19. 5.), et Diodorum et Justinum de Herculis aetate falsa retulisse crediderim. Quod idem quum videretur Droyseno, *Gesch. d. Nachf. Alex.* p. 22, hic natum Herculem conjecit Ol. CXII. 1, anno post captam Damascum. Haud ita male, opinor; saltem multo probabilius, quam Muetzellium suspicari video ad Curt. p. 912, qui, explosa Droyseni sententia, valde dubitat, num forte

Hercules ille matrem habuerit Darii filiam, quae vulgo Statira, semel (Fragm. XLVI.) Barsine appelletur, ductam ab Alexandro Ol. CXIII. 4. Aetati quidem, qua Hercules interiisse a Justino dicitur, fateor, bene hac conjectura consulitur; sed Plutarchi l. l. et Justini XI. 10 testimonia de matre Herculis tam diserta sunt, ut dubitationi nullus sit locus. Novum autem argumentum Muetzellio hoc sit, quod Memnonis illa vidua interiisse simul cum filio narratur Ol. CXVII. 4, Darii filia brevi jam post obitum Alexandri, a Roxane veneno sublata. Vid. Plutarch. *Vit. Alex.* LXXVII.

At vereor ne diutius nos tenuerit Herculis historia; sed tangendus erat et refutandus error Muetzellii, cui ansam praebebat Aristobuli de Barsine narratio; de qua restat ut paucis moneam. Verba enim *καὶ τὸ κάλλος*, uncis inclusa, vulgo spuria video haberi. Immerito. Aristobulus procul dubio iis usus est, sed apud Plutarchum in alienum locum sunt intrusa. Hoc fere modo scribi debuerat : *καὶ τὸν τρόπον ἐπιεικὴς οὖσα καὶ τὸ κάλλος], καὶ πατρὸς κ. τ. λ.* Tum in sequentibus iisdem egregie respondet *καλῆς*, prout *γενναίας* convenit apprime alteri de Barsine dicto : *τὸν τρόπον ἐπιεικὴς οὖσα.* Alii emendant : *καλῆς, καὶ παρὰ τὸ κάλλος γενναίας.*

XI.

Arrian. III. 3. 3, 4, 6. *Μέχρι μὲν δὴ Παραιτονίου παρὰ θάλασσαν ᾔει δι' ἐρήμου, οὐ μέντοι δι' ἀνύδρου τῆς χώρας, σταδίους ἐς χιλίους καὶ ἑξακοσίους, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. Ἐντεῦθεν δὲ ἐς τὴν μεσόγαιαν ἐτράπετο, ἵνα τὸ μαντεῖον ἦν τοῦ Ἄμμωνος. Ἔστι δὲ ἐρήμη τε ἡ ὁδὸς, καὶ ψάμμος ἡ πολλὴ αὐτῆς, καὶ ἄνυδρος. Ὕδωρ δὲ ἐξ οὐρανοῦ Ἀλεξάνδρῳ πολὺ ἐγένετο· καὶ τοῦτο ἐς τὸ θεῖον ἀνηνέχθη. Ἀνηνέχθη δὲ ἐς τὸ θεῖον καὶ τόδε· ἄνεμος νότος ἐπὰν πνεύσῃ ἐν ἐκείνῳ τῷ χώρῳ, τῆς ψάμμου ἐπιφορεῖ κατὰ τῆς ὁδοῦ ἐπὶ μέγα, καὶ ἀφανίζεται τῆς ὁδοῦ τὰ σημεῖα, οὐδὲ ἔστιν εἰδέναι, ἵνα χρὴ πορεύεσθαι, καθάπερ ἐν πελάγει, τῇ ψάμμῳ, ὅτι [σημεῖα] οὐκ ἔστι κατὰ τὴν ὁδὸν οὔτε που ὄρος, οὔτε δένδρον, οὔτε γήλοφοι βέβαιοι ἀνεστηκότες, οἷστισιν οἱ ὁδῖται τεκμαίροιντο ἂν τὴν πορείαν, καθάπερ οἱ ναῦται τοῖς ἄστροις. Ἀλλ' ἐπλανᾶτο γὰρ ἡ στρατιὰ*

Ἀλεξάνδρῳ, καὶ οἱ ἡγεμόνες τῆς ὁδοῦ ἀμφίβολοι ἦσαν. — *Ἀριστόβουλος δὲ (καὶ ὁ πλείων λόγος ταύτῃ κατέχει) κόρακας δύο προπετωμένους πρὸ τῆς στρατιᾶς, τούτους γενέσθαι (λέγει) Ἀλεξάνδρῳ τοὺς ἡγεμόνας.*

Kruegero obsecutus v. 8. *ἀνεμος* scripsi pro *ἄνεμος*, eodemque praeëunte vocabulum *σημεῖα*, quod legitur v. 11, uncis inclusum retinui.

Iter Alexandri per Libyae deserta Strabo enarrat XVII p. 1167 B, laudato Callisthene, e quo fonte fluxerunt, quae Aristobuli loco satis similia profert Plutarchus *Vit. Alex.* XXVI, quibuscum possunt conferri Diod. Sic. XVII. 49, Curtius IV. 7. 10 sqq., Eudocia p. 48. Ex Arriano hausit *Auctor Itiner.* L. Omnes illi corvos praepetes viam ad oraculum monstrasse contendunt, plurimi duos, Curtius complures, qui quidem, ut ante eum in primis Callisthenes ap. Plutarch. l. l. XXVII.), augendo miraculo maxime est delectatus. Dracones substituit Ptolemaeus Fragm. VII. De tota re quid existimandum sit, ibidem exposui p. 30.

XII.

Arrian. III. 4. 5. *Ἀκούσας (Ἀλέξανδρος) ὅσα αὐτῷ πρὸς θυμοῦ ἦν, ὡς ἔλεγεν, ἀνέζευξεν ἐπ᾽ Αἰγύπτου, ὡς μὲν Ἀριστόβουλος λέγει, τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδόν· ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἄλλην εὐθεῖαν, ὡς ἐπὶ Μέμφιν.*

De hoc loco paucis disputavi ad Ptolem. Fragm. VIII p. 31.

XIII.

Arrian. VI. 11. 4 — 6. *Τὴν τελευταίαν μάχην τὴν πρὸς Δαρεῖον γενομένην, καθ᾽ ἥντινα ἔφυγε Δαρεῖος, — πρὸς Ἀρβήλοις γενέσθαι ὁ πᾶς λόγος κατέχει. — Ἄρβηλα δὲ τοῦ χώρου, ἐν ᾧ τὴν ἐσχάτην μάχην Δαρεῖός τε καὶ Ἀλέξανδρος ἐμαχέσαντο, οἱ μὲν τὰ πλεῖστα ξυγγράψαντες λέγουσιν, ὅτι ἑξακοσίους σταδίους ἀπέχει· οἱ δὲ τὰ ἐλάχιστα, ὅτι ἐς πεντακοσίους. Ἀλλὰ ἐν Γαυγαμήλοις γὰρ γενέσθαι τὴν μάχην πρὸς τῷ ποταμῷ Βουμώδῳ, λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος. Πόλις*

δὲ οὐκ ἦν τὰ Γαυγάμηλα, ἀλλὰ κώμη μεγάλη, οὐδὲ ὀνομαστὸς ὁ χῶρος, οὐδὲ εἰς ἀκοὴν ἡδὺ τὸ ὄνομα.

Jam proferam verba Strabonis, quae leguntur XVI p. 1072 A, consulto omissa ad Ptolem. Fragm. IX p. 32, quia auctorem Aristobulum, quem toties in consilium ille adhibuit, mirifice redolent. *Ἐν τῇ Ἀτουρίᾳ*, inquit, *ἐστὶ Γαυγάμηλα κώμη, ἐν ᾗ συνέβη νικηθῆναι καὶ ἀποβαλεῖν τὴν ἀρχὴν Δαρεῖον. Ἔστι μὲν οὖν τόπος ἐπίσημος οὗτος καὶ τοὔνομα· μεθερμηνευθὲν γάρ ἐστι καμήλου οἶκος. Ὠνόμασε δ' οὕτω Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου, κτῆμα δοὺς εἰς διατροφὴν τῇ καμήλῳ τῇ συνεκπεπονηκυίᾳ μάλιστα τὴν ὁδὸν τὴν διὰ τῆς ἐρήμου Σκυθίας, μετὰ τῶν φορτίων, ἐν οἷς ἦν καὶ ἡ διατροφὴ τῷ βασιλεῖ. Οἱ μέντοι Μακεδόνες τοῦτο μὲν ὁρῶντες κώμιον εὐτελές, τὰ δὲ Ἄρβηλα κατοικίαν ἀξιόλογον, κτίσμα, ὥς φασιν, Ἀρβήλου τοῦ Ἀθμονέως, περὶ Ἄρβηλα τὴν μάχην καὶ νίκην κατεφήμισαν, καὶ τοῖς συγγραφεῦσιν οὕτω παρέδωκαν.* Cf. Plutarch. *Vit. Alex.* XXXI, qui ex eodem fonte sua petiisse videtur.

XIV.

Arrian. III. 11. 3 — 7. *Ἐτάχθη αὐτῷ ἡ στρατιὰ ὧδε· ἑάλω γὰρ ὕστερον ἡ τάξις, ἥντινα ἔταξε Δαρεῖος, γεγραμμένη, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. Τὸ μὲν εὐώνυμον αὐτῷ κέρας οἵ τε Βάκτριοι ἱππεῖς εἶχον, καὶ ξὺν τούτοις Δάαι καὶ Ἀραχῶτοι· ἐπὶ δὲ τούτοις Πέρσαι ἐτετάχατο, ἱππεῖς τε ὁμοῦ καὶ πεζοὶ ἀναμεμιγμένοι, καὶ Σούσιοι ἐπὶ Πέρσαις, ἐπὶ δὲ Σουσίοις Καδούσιοι. Αὕτη μὲν ἡ τοῦ εὐωνύμου κέρως, ἔστε ἐπὶ τὸ μέσον τῆς πάσης φάλαγγος, τάξις ἦν. Κατὰ δὲ τὸ δεξιὸν, οἵ τε ἐκ Κοίλης Συρίας καὶ οἱ ἐκ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν ἐτετάχατο, καὶ Μῆδοι ἔτι κατὰ τὸ δεξιόν· ἐπὶ δὲ, Παρθυαῖοι καὶ Σάκαι· ἐπὶ δὲ, Τάπουροι καὶ Ὑρκάνιοι· ἐπὶ δὲ, Ἀλβανοὶ καὶ Σακεσίναι. Οὗτοι μὲν ἔστε ἐπὶ τὸ μέσον τῆς πάσης φάλαγγος. Κατὰ τὸ μέσον δὲ, ἵνα ἦν βασιλεὺς Δαρεῖος, οἵ τε συγγενεῖς τοῦ βασιλέως ἐτετάχατο, καὶ οἱ μηλοφόροι Πέρσαι, καὶ Ἰνδοὶ, καὶ Κᾶρες οἱ ἀνάσπαστοι καλούμενοι, καὶ οἱ Μάρδοι τοξόται. Οὔξιοι δὲ, καὶ Βαβυλώνιοι, καὶ οἱ πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ Σιτακηνοὶ, ἐς βάθος ἐπιτεταγμένοι ἦσαν. Προε-*

τετάχατο δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ εὐωνύμου, κατὰ τὸ δεξιὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου, οἵ τε Σκύθαι ἱππεῖς, καὶ τῶν Βακτριανῶν ἐς χιλίους, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα ἑκατόν. Οἱ δὲ ἐλέφαντες ἔστησαν κατὰ τὴν [Δαρείου] ἴλην τὴν βασιλικὴν, καὶ ἅρματα ἐς πεντήκοντα. Τοῦ δὲ δεξιοῦ οἵ τε Ἀρμενίων καὶ Καππαδοκῶν ἱππεῖς προετετάχατο, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα πεντήκοντα. Οἱ δὲ Ἕλληνες οἱ μισθοφόροι παρὰ Δαρεῖόν τε αὐτὸν ἑκατέρωθεν καὶ τοὺς ἅμα αὐτῷ Πέρσας, κατὰ τὴν φάλαγγα αὐτὴν τῶν Μακεδόνων, ὡς μόνοι δὴ ἀντίῤῥοποι τῇ φάλαγγι, ἐτάχθησαν.

Aciem Darii describit Diod. Sic. XVII. 58. Quas autem gentes Arrianus h. l. ex Aristobulo recenset, easdem ferme enumerat paulo ante c. 8. 3—6, additis Ariis, quos adeo excidisse fragmento nostro putat Droysenus l. l. p. 223. De singulis illis praecipua collegit diligenter v. d. Chys in *Comm. geogr.*, quem adeas p. 58 sqq.

In verbis *κατὰ τὴν [Δαρείου] ἴλην τὴν βασιλικὴν* nomen *Δαρείου* primus expungi jussit Gronovius. Recte. Nec tamen quia, id quod putabat, abundat, sed quia sententiam efficit falsissimam, quum Darii dicatur, quae fuit Alexandri *βασιλικὴ ἴλη*. *Κατὰ* enim, ut bene Ellendtius animadvertit, in his non *circa* significat, sed *contra, e regione*. Ut *κατὰ τὸ δεξιὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου* Scythae stabant ceterique, ut *κατὰ τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων* Darius cum Persis et mercenario milite Graeco; ita *κατὰ τὴν ἴλην τὸν βασιλικὴν* Alexandri collocati erant elephanti et currus.

XV.

Athenaeus XII p. 513 F. *Κληθῆναι τὰ Σοῦσά φησιν Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου· σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τὸ κρίνον.*

Charetis est Fragm. VI, ad quod vide annot.

XVI.

Arrian. III. 26. 1. *Ἐνταῦθα καὶ τὴν Φιλώτα ἐπιβουλὴν, τοῦ Παρμενίωνος, ἔμαθεν Ἀλέξανδρος, καὶ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος, ὅτι προηγγελμένην ἤδη οἱ καὶ πρότερον ἐν*

Αἰγύπτῳ· οὐ μέντοι πιστή γε ἐφάνη, τῆς τε φιλίας τῆς πάλαι εἵνεκα, καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ ἐς Παρμενίωνά τε τὸν πατέρα τὸν Φιλώτα τιμῆς, καὶ ἐς αὐτὸν Φιλώταν πίστεως.

De Philotae insidiis quae quidem ad h. l. pertinent, dicta sunt ad Ptol. Fragm. XI p. 34.

XVII.

Arrian. III. 28. 5 — 7. *Τὸ ὄρος ὁ Καύκασος ὑψηλὸν μέν ἐστιν, ὥσπερ τι ἄλλο τῆς Ἀσίας, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, ψιλὸν δὲ τὸ πολὺ αὐτοῦ τόγε ταύτῃ. Μακρὸν γὰρ ὄρος παρατέταται ὁ Καύκασος, ὥστε καὶ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος, ὃς δὴ τὴν Κιλικίαν τε καὶ Παμφυλίαν ἀπείργει, ἀπὸ τοῦ Καυκάσου εἶναι λέγουσι, καὶ ἄλλα ὄρη μεγάλα, διακεκριμένα ἀπὸ τοῦ Καυκάσου ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἐπωνυμίᾳ, κατὰ ἔθνη τὰ ἑκάστων. Ἀλλὰ ἔν γε τούτῳ τῷ Καυκάσῳ οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τέρμινθοι πεφύκασι καὶ σίλφιον, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ἀλλὰ καὶ ὣς ἐπῳκεῖτο πολλοῖς ἀνθρώποις, καὶ πρόβατα πολλὰ καὶ κτήνη ἐνέμοντο, ὅτι καὶ χαίρουσι τῷ σιλφίῳ τὰ πρόβατα. Καὶ εἰ ἐκ πολλοῦ πρόβατον σιλφίου αἴσθοιτο, καὶ θεῖ ἐπ᾽ αὐτό, καὶ τό τε ἄνθος ἐπινέμεται, καὶ τὴν ῥίζαν ἀνορύττον καὶ ταύτην κατεσθίει. Ἐπὶ τῷδε ἐν Κυρήνῃ ὡς μακροτάτω ἀπελαύνουσιν τὰς ποίμνας τῶν χωρίων, ἵνα αὐτοῖς τὸ σίλφιον φύεται. Οἱ δὲ καὶ περιφράσσουσι τὸν χῶρον, τοῦ μηδ᾽ εἰ πελάσειεν αὐτῷ τὰ πρόβατα, δυνατὰ γενέσθαι εἴσω παρελθεῖν, ὅτι πολλοῦ ἄξιον Κυρηναίοις τὸ σίλφιον.*

Eam intellige h. l. montis partem, qua Alexander condidit Alexandriam Arianam (cf. v. d. Chys l. l. p. 80.), sub ipso Caucaso positam, ut ait Plinius *H. N.* VI. 21. Dicendum erat *Paropamiso*, prouti Diodorus XVII. 83. Sed Plinius illic sequitur Diognetum et Baetonem, itinerum Alexandri mensores. Macedones autem non satis distinguentes omnes illos montes Caucasi nomine vocasse vel ex Eratosthene notum est, qui ap. Strab. XV p. 1010 A : *Τὴν Ἰνδικὴν περιώρικεν*, ait, *ἀπὸ μὲν τῶν ἀρκτῶν τοῦ Ταύρου τὰ ἔσχατα· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀριανῆς μέχρι τῆς ἑῴας θαλάττης, ἅπερ οἱ ἐπιχώριοι κατὰ μέρος Παροπάμισόν τε καὶ Ἡμωδὸν καὶ Ἰμάον καὶ ἄλλα ὀνομάζουσι, Μακεδόνες δὲ Καύκασον.* Cf. eundem XI p. 778 C, Arrian. *Indic.*

II. 2 sqq., et in primis Tauri descriptionem ap. Plin. V. 27. Atque hinc in fragmento Aristobūli retinendam esse patet vulgatam lectionem *κατὰ ἔθνη*, quam Kruegerus e codd. mutavit in *κατὰ ἤθη*. Nam, ut Plinii verbis utar, «plurimis se *gentium* nominibus hinc et illinc implet.»

Ex Arriano ut evidenter compilavit auctor *Itiner. Alex.* quae c. LXXV de plantis habet in Paropamiso nascentibus, ita ex Aristobulo ipso, nisi me fallunt omnia, profecit rursus Strabo XV p. 1055 B, quae reddit Aelianus *V. H.* XII. 37. *Πόλιν κτίσας*, ait ille, *ὑπερήκρισεν εἰς τὴν Βακτριανὴν διὰ ψιλῶν ὁδῶν, πλὴν τερμίνθου θαμνώδους ὀλίγης, ἀπορούμενος καὶ τροφῆς, ὥστε ταῖς τῶν κτηνῶν σαρξὶ χρῆσθαι, καὶ ταύταις ὠμαῖς διὰ τὴν ἀξυλίαν. Πρὸς δὲ τὴν ὠμοσιτίαν πεπτικὸν ἦν αὐτοῖς τὸ σίλφιον, πολὺ πεφυκός.* Cf. Curt. VII. 4. 22 sqq. De silphio Medico, quod describit Theophrastus *Hist. Plant.* IV. 4. 7 quodque, invito Plinio, non longe Cyrenaico cessisse Strabo testatur XI p. 797 A, non est quod multis dicam. Fuse de utroque genere disputavit Salmasius ad Solin. p. 249 sqq., 262. Adde Muetzell. ad Curt. p. 648. Tantum apponere juvat verba Plinii XIX. 15, quippe haud uno nomine ad locum Aristobuli illustrandum comparata. «Clarissimum laserpitium, inquit, quod Graeci silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum : cuius succum vocant laser : magnificum in usu medicamentisque, et ad pondus argentei denarii pensum. — Si quando incidit pecus in spem nascentis, hoc deprehenditur signo : ove cum comederit dormiente protinus, capra sternuente. Diuque jam non aliud ad nos invehitur laser, quam quod in Perside aut Media et Armenia nascitur large, sed multo infra Cyrenaicum. — Id apud auctores Graecos evidentissimos invenimus, — vesci pecora solita, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum jucunda.»

XVIII.

Strabo XI p. 776 C. *Φησὶν Ἀριστόβουλος, ὑλώδη οὖσαν τὴν Ὑρκανίαν δρῦν ἔχειν, πεύκην δὲ καὶ ἐλάτην καὶ πίτυν μὴ φύειν· τὴν δ' Ἰνδικὴν πληθύειν τούτοις.*

Firmat haec Diodorus XVII. 89, quum Indiae tribuat *πολλὴν μὲν ἐλάτην εὔτροφον, οὐκ ὀλίγην δὲ κέδρον καὶ πεύκην, ἔτι δὲ τῆς ἄλλης ὕλης ναυπηγησίμου πλῆθος ἄφθονον*. Eadem prorsus apud Strabonem legas XV p. 1023 A. Quercum Hyrcaniae Aristobulus indicare videtur, quam e Clitarcho, opinor, descripsit Diod. Sic. l. l. 75. Cf. Strab. XI p. 776 A; Curt. VI. 4. 22; Plin. XII. 18.

XIX.

Strabo XI p. 776 C, 777 A. *Ἀριστόβουλος μέγιστον ἀποφαίνει τὸν Ὦξον τῶν ἑωραμένων ὑφ' ἑαυτοῦ κατὰ τὴν Ἀσίαν, πλὴν τῶν Ἰνδικῶν. Φησὶ δὲ καὶ εὔπλουν εἶναι καὶ οὗτος καὶ Ἐρατοσθένης, παρὰ Πατροκλέους λαβών, καὶ πολλὰ τῶν Ἰνδικῶν φορτίων κατάγειν εἰς τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν, ἐντεῦθεν δ' εἰς τὴν Ἀλβανίαν περαιοῦσθαι, καὶ διὰ τοῦ Κύρου καὶ τῶν ἑξῆς τόπων εἰς τὸν Εὔξεινον καταφέρεσθαι.*

Sunt igitur Aristobuli, quae scribit Arrianus III. 29. 2 : *Ὁ Ὦξος ῥέει μὲν ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ Καυκάσου, ἔστι δὲ ποταμῶν μέγιστος τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅσους γε δὴ Ἀλέξανδρος καὶ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐπῆλθον, πλὴν τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν. Οἱ δὲ Ἰνδοὶ πάντων ποταμῶν μέγιστοί εἰσιν. Ἐξίησι δὲ ὁ Ὦξος ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν τὴν καθ' Ὑρκανίαν.* Cf. VII. 16. 3. Nec dubito, quin Aristobulo etiam vindicanda sint, quae de latitudine Oxi et de ratione, qua per illum Alexander copias trajecit, deinceps exponuntur. Ceterum de Oxo fluvio vide, praeter Polybium X. 48, quae Muetzellius annotavit ad Curt. p. 661. Fragmentum Aristobuli maxime Varronis locus explicat, laudati a Plinio VI. 19 : «Adjicit, Pompeji ductu exploratum, in Bactros septem diebus ex India perveniri ad Icarum flumen, quod in Oxum influat : et ex eo per Caspium in Cyrum subvectas, quinque non amplius dierum terreno itinere, ad Phasin in Pontum Indicas posse devehi merces.»

XX.

Arrian. III. 30. 5. *Ἀριστόβουλος ἀνέγραψε τοὺς ἀμφὶ Σπιταμένην τε καὶ Δαταφέρνην Πτολεμαίῳ ἀγαγεῖν Βῆσσον, καὶ παραδοῦναι Ἀλεξάνδρῳ γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήσαντας.*

Falli Aristobulum palam est ex ipsius Ptolemaei testimonio. Vid. Fragm. XII p. 84 sq. Nec praetermittendum tamen, cum Aristobulo, de cujus narratione cf. Droysen. l. l. p. 309, alios ex comitibus Alexandri idem illud memoriae prodidisse. Certe ap. Diod. XVII. 83, qui Aristobulum in fontibus numerasse non videtur, sic scriptum reperio: *Ταῖς δοθησομέναις ὑπ᾽ Ἀλεξάνδρου δωρεαῖς προκληθέντες οἱ μέγιστοι τῶν ἡγεμόνων συνεφρόνησαν, καὶ συλλαβόντες τὸν Βῆσσον ἀπήγαγον πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον.* Apud Curtium VII. 5. 36 Spitamenes adducit Bessum, tenens collo inserta catena, unde Droysenus p. 308 hoc illum ex Aristobuli commentariis petiisse efficit; sed neque de Curtio certis indiciis constat, quod de Diodoro modo negabam. Sublestam Julii Valerii fidem hoc rursus affatim comprobat, quod illi fingitur Bessus se obvium tulisse Alexandro, et professus facinus sponsionem praemii repetiisse. Vid. II. 43.

XXI.

Arrian. III. 30. 7. *Τῷ Ταναΐδι τούτῳ, ὃν δὴ καὶ Ἰαξάρτην ἄλλῳ ὀνόματι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων βαρβάρων καλεῖσθαι λέγει Ἀριστόβουλος, αἱ πηγαὶ μὲν ἐκ τοῦ Καυκάσου ὄρους καὶ αὐτῷ εἰσιν· ἔξεισι δὲ καὶ οὗτος ὁ ποταμὸς ἐς τὴν Ὑρκανίαν θάλασσαν.*

Vulgaris haec fuit Macedonum sive opinio (Plutarch. *Vit. Alex.* XLV; Plin. *H. N.* VI. 18.) seu adulatio (Strab. XI p. 777 A.), ut Tanaïn nominarent septentrionalem Persici imperii terminum, tanquam non diversum a Scythico Tanaï, ab Europa Asiam secernente. Aristobulum inter utrumque fluvium probe distinxisse, ex hoc ejus fragmento manifestum est. Verum illi nomen fuit Ἰαξάρτης (cf. Schmied. ad Arrian. l. l.), quod etiam ap. Plutarch. pro Ὀρεξάρτης restitui volebat Blancardus; Scythae, teste Plinio, *Silin* appellarunt. Quae de eo Strabo monet l. l. p. 777 C, monere item ex Aristobulo videtur. *Ἐκ τῶν αὐτῶν ὀρῶν*, inquit, *τῶν Ἰνδικῶν, ἐξ ὧν ὅ τε Ὦχος καὶ ὁ Ὦξος φέρεται, καὶ ἄλλοι πλείους καὶ ὁ Ἰαξάρτης, ἐκδίδωσί τε ὁμοίως ἐκείνοις εἰς τὸ Κάσπιον πέλαγος, πάντων ἀρκτικώτατος. Τοῦτον οὖν ὠνόμασαν Τάναϊν.* Cf. p. 787 B, 788 A. B. Misere Arrianum compilavit denuo Auctor *Itiner.*

LXXIX, referens ad Jaxartem quae de Scythico Tanai ille ex Herodoto apponit.

XXII.

Arrian. IV. 3. 5. *Τὴν ἑβδόμην (Σκυθῶν) πόλιν ἐξ ἐφόδου ἔλαβε, Πτολεμαῖος μὲν λέγει, ὅτι αὐτοὺς σφᾶς ἐνδόντας, Ἀριστόβουλος δὲ, ὅτι βίᾳ καὶ ταύτην ἐξεῖλε, καὶ ὅτι πάντας τοὺς καταληφθέντας ἐν αὐτῇ ἀπέκτεινε.*

Tetigi hunc locum supra p. 36 ad Ptolem. Fragm. XIII.

XXIII.

Arrian. IV. 6. 1, 2. *Ἀριστόβουλος ἐνέδρᾳ τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς διαφθαρῆναι λέγει, τῶν Σκυθῶν ἐν παραδείσῳ κρυφθέντων, οἳ ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐπεγένοντο τοῖς Μακεδόσιν ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ· ἵνα τὸν μὲν Φαρνούχην παραχωρεῖν τῆς ἡγεμονίας τοῖς ξυμπεμφθεῖσι Μακεδόσιν, ὡς οὐκ ἐμπείρως ἔχοντα ἔργων πολεμικῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καθομιλῆσαι τοὺς βαρβάρους μᾶλλόν τι πρὸς Ἀλεξάνδρου, ἢ ἐπὶ τῷ ἐν ταῖς μάχαις ἐξηγεῖσθαι, ἐσταλμένον· τοὺς δὲ Μακεδόνας τε εἶναι καὶ ἑταίρους βασιλέως. Ἀνδρόμαχον δὲ καὶ Κάρανον καὶ Μενέδημον οὐ δέξασθαι τὴν ἡγεμονίαν· τὸ μέν τι, ὡς μὴ δοκεῖν παρὰ τὰ ἐπηγγελμένα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου αὐτούς τι κατὰ σφᾶς νεωτερίζειν, τὸ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ δεινῷ οὐκ ἐθελήσαντας, εἰ δή τι πταίσειαν, μὴ ὅσον κατ' ἄνδρα μόνον μετέχειν αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ ὡς τὸ πᾶν αὐτοὺς κακῶς ἐξηγησαμένους. Ἐν τούτῳ δὴ τῷ θορύβῳ τε καὶ τῇ ἀταξίᾳ ἐπιθεμένους αὐτοῖς τοὺς βαρβάρους κατακόψαι πάντας, ὥστε ἱππέας μὲν οὐ πλείονας τῶν τεσσαράκοντα ἀποσωθῆναι, πεζοὺς δὲ ἐς τριακοσίους.*

Haec quo intelligantur, repetenda sunt quae paulo ante ab Arriano proferuntur. Alexander igitur quum audivisset, a Spitamene obsideri, qui Paracadis in arce relicti essent, miserat cum Andromacho, Menedemo et Carano equites *τῶν ἑταίρων* sexaginta, e mercenariis octingentos, quos ducebat Caranus; pedites autem mercenarios adjunxerat mille quingentos, praefecto Lycio Pharnuche interprete. Quod ut nuntiatum est Spitameni, missa obsidione, ad Sogdianae regiam recessit;

Pharnuches vero et Macedones insecuti praeter opinionem in Nomadas Scythas inciderunt. Quorum auxilio fretus Spitamenes, assumptis equitibus Scythis circiter sexcentis, peditum Macedonum phalangem loco plano ad Scythicam solitudinem circumequitans sagittis incessit. Macedones, aliquot suorum amissis, ad Polytimetum fl., cui vicina erat sylva, se recipiunt; sed mox ducum maxime errore conturbati multisque difficultatibus circumventi, in insulam quandam in Polytimeto sitam confugiunt, ubi a Scythis circumfusi fere omnes trucidantur. Huc redit Arriani narratio, petita fortasse e Ptolemaeo, cui supplendae et illustrandae subjungitur fragmentum Aristobuli. Omnia alia hac de re Curtius tradit VII. 7. 31 sqq., nisi quod *silvestre iter aptum insidiis tegendis* memorat, quare Muetzellio dicitur fontem secutus esse Aristobulum; quam audacter, nemo non cernit. Veriora docuit Droysenus p. 322 sq. Si qua forte possit dubitari — nam probari id omnino non potest — num Aristobuli commentarii Curtio scribenti ad manum fuerint, hoc saltem loco expressi vel consulti Aristobuli ne levissimum quidem vestigium apparet. *Silvestre* istud *iter* non moror; sylvae supra etiam Arrianus meminit, non ex Aristobulo, sed aliunde, nisi e Ptolemaeo profecerit, quod praeplacet; verum vel militum et missorum et servatorum numerus, quem Curtius posuit, Muetzellii opinionem luculente refellit. Quum enim, eo auctore (l. l. 6. 24.), Menedemus cum 3000 peditum et 800 equitibus ad urbem Maracanda missus fuerit, ceciderint autem pedites 2000, equites 300 (l. l. 7. 39; 9. 21.), de ejus sententia salvi redierint necesse est pedites 1000, equites 500. Contra apud Arrianum, qui non plures 860 equitibus et 1500 peditibus profectos refert, Aristobulus auctor est, equites tantum 40 peditesque circiter 300 e clade esse servatos. Alia res est de Auctore *Itiner.* LXXXVI, qui de more sua Arriano surripuit.

XXIV.

Strabo XI p. 787 D, 788 A. *Τὸν διὰ τῆς Σογδιανῆς ῥέοντα ποταμὸν Πολυτίμητον Ἀριστόβουλος λέγει, τῶν Μακεδόνων*

θεμένων, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ τὰ μὲν καινὰ ἔθεσαν, τὰ δὲ παρωνόμασαν· ἄρδοντα δὲ τὴν χώραν, ἐκπίπτειν εἰς ἔρημον καὶ ἀμμώδη γῆν, καταπίνεσθαί τε εἰς τὴν ἄμμον, ὡς καὶ τὸν Ἄριον, τὸν δι᾽ Ἀρίων ῥέοντα.

Aristobuli fragmentum, quod ita ex uno codice Tzschuckius restituit, tacito auctore integrius reddit Arrianus IV. 6. 5 sqq. Adscribam locum, iccirco etiam quod medicina indigere videtur. *Ἐπῆλθεν Ἀλέξανδρος πᾶσαν τὴν χώραν, ὅσην ὁ ποταμὸς ὁ Πολυτίμητος ἐπάρδων ἐπέρχεται. Ἵνα δὲ ἀφανίζεται τῷ ποταμῷ τὸ ὕδωρ, ἐντεῦθεν ἤδη τὸ ἐπ᾽ ἐκεῖνα ἔρημος ἡ χώρα ἐστίν· ἀφανίζεται δὲ, καίπερ πολλοῦ ὢν ὕδατος, ἐς τὴν ψάμμον. Καὶ ἄλλοι ποταμοὶ ὡσαύτως ἐκεῖ ἀφανίζονται μεγάλοι καὶ ἀέναοι, ὅ τε Ἔπαρδος, ὃς ῥέει διὰ Μάρδων τῆς χώρας, καὶ Ἄρειος, ὅτου ἐπώνυμος ἡ τῶν Ἀρείων γῆ ἐστὶ, καὶ Ἐτύμανδρος, ὃς δι Εὐεργετῶν ῥέει. Καὶ εἰσὶ ξύμπαντες οὗτοι τηλικοῦτοι ποταμοὶ, ὥστε οὐδεὶς αὐτῶν μείων ἐστὶ τοῦ Πηνειοῦ τοῦ Θεσσαλικοῦ ποταμοῦ, ὃς διὰ τῶν Τεμπῶν ῥέων ἐκδιδοῖ ἐς τὴν θάλασσαν· ὁ δὲ Πολυτίμητος πολὺ ἔτι μείζων ἢ κατὰ τὸν Πηνειὸν ποταμόν ἐστι.* In his, pro majore parte satis vitiose in *Itiner. Alex.* LXXXVI exscriptis, v. d. Chys l. l. p. 87 vocem *Ἔπαρδος*, cujus nominis flumen alibi non memoratur, corruptam censet ex *Μάργος*, de quo fluvio agat Strabo XI p. 785 A. Atqui Margus non interfluxit Medorum regionem, quod de Epardo testatur Arrianus vel potius Aristobulus, sed Margianen, quae inde, ut ab Ario Ariane, nomen accepit. Equidem leviore etiam et certa ferme mutatione istud *Ἔπαρδος* (in *Itinerario* appellatur *Pardis*), ortum fortasse e remotiore *ἐπάρδων*, mutem in *Μάρδος*, auspice Dionysio Periegeta. Is enim v. 732 sqq. de Cadusiis locutus, sic pergit :

——— ——— ——— *ἄγχι δὲ Μάρδοι,*
Ὑρκάνιοι, Τάπυροί τ᾽· ἐπὶ δέ σφισιν ὁλκὸν ἐλίσσει
Μάρδος, Δερκεβίων τε καὶ ἀφνειῶν πόμα Βάκτρων.

Cf. Eustath. Postrema explicat Plinius VI. 18, ubi exposuit de Alexandria sive Antiochia in Margiane : «Ab huius excelsis per juga Caucasi protenditur ad Bactros usque gens

Mardorum.» Ceterum, ut verbo redeam ad Polytimetum, nomen ipsum refutat gravissimum Curtii errorem, fluvium ita a Sogdianae incolis vocari affirmantis. Vid. VII. 10. 2, ubi Muetzellius p. 705 sq. plura e recentiorum scriptis attulit. Cf. v. d. Chys p. 86.

XXV.

Arrian. IV. 8. 9. *Ἀριστόβουλος, ὅθεν μὲν ἡ παροινία ὡρμήθη, οὐ λέγει, Κλείτου δὲ γενέσθαι μόνου τὴν ἁμαρτίαν, ὅν γε, ὠργισμένου Ἀλεξάνδρου καὶ ἀναπηδήσαντος ἐπ᾽ αὐτὸν ὡς διαχρησομένου, ἀπαχθῆναι μὲν διὰ θυρῶν ἔξω ὑπὲρ τὸ τεῖχός τε καὶ τὴν τάφρον τῆς ἄκρας, ἵνα ἐγένετο πρὸς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου τοῦ σωματοφύλακος· οὐ καρτερήσαντα δὲ, ἀναστρέψαι αὖθις καὶ περιπετῆ Ἀλεξάνδρῳ γενέσθαι, Κλεῖτον ἀνακαλοῦντι, καὶ φάναι ὅτι· «Οὗτός τοι ἐγὼ ὁ Κλεῖτος, ὦ Ἀλέξανδρε·» καὶ ἐν τούτῳ πληγέντα τῇ σαρίσσῃ ἀποθανεῖν.*

Οἱ μὲν, ait Arrianus l. l. 8, *λόγχην ἁρπάσαι λέγουσι τῶν σωματοφυλάκων τινὸς καὶ ταύτῃ παίσαντα Κλεῖτον ἀποκτεῖναι· οἱ δὲ σάρισσαν, παρὰ φυλάκων τινὸς καὶ ταύτην. Gladium* memorat Auctor *Itiner.* XCI, *venabulum* Orosius III. 18, *δοράτιον* Lucianus *Dial. Mort.* XIV, *lanceam* Seneca *de Ira* III. 22, *lanceam armigeri* et *vigilis excubantis hastam* Curtius VIII. 1. 45, 49, *telum a satellite raptum* Justinus XII. 6, *αἰχμὴν παρά τινος τῶν δορυφόρων* Plutarchus *Vit. Alex.* LI. Hinc efficias licet, quam varie tota Cliti historia narretur. In primis Curtii ampla, sed fucata et exaggerata relatio ab Aristobuli testimonio toto coelo differt. Incertum e quo fonte Plutarchi manaverit oratio, digna tamen illa, quae cum loco Aristobuli comparetur. *Τὸν δὲ Κλεῖτον*, inquit, *οὐχ ὑφιέμενον οἱ φίλοι μόλις ἐξέωσαν τοῦ ἀνδρῶνος. Ὁ δὲ κατ᾽ ἄλλας θύρας αὖθις εἰσῄει, μάλα ὀλιγώρως καὶ θρασέως Εὐριπίδου τὰ ἐξ Ἀνδρομάχης ἰαμβεῖα ταῦτα περαίνων· «Οἴμοι, καθ᾽ Ἑλλάδ᾽ ὡς κακῶς νομίζεται!» Οὕτω δὴ λαβὼν παρά τινος τῶν δορυφόρων Ἀλέξανδρος αἰχμὴν, ἀπαντῶντα τὸν Κλεῖτον αὐτῷ καὶ παράγοντα τὸ πρὸ τῆς θύρας παρακάλυμμα διελαύνει.*

XXVI.

Athenaeus X p. 434 D. Καλλισθένης ὁ σοφιστὴς, ὡς Λυγκεὺς ὁ Σάμιός φησιν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασι καὶ Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης ἐν ταῖς Ἱστορίαις, ἐν τῷ συμποσίῳ τοῦ Ἀλεξάνδρου, τῆς τοῦ ἀκράτου κύλικος εἰς αὐτὸν ἐλθούσης, ὡς διωθεῖτο, εἰπόντος τινὸς αὐτῷ· «Διὰ τί οὐ πίνεις;» «Οὐδὲν δέομαι, ἔφη, Ἀλεξάνδρου πιὼν τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι.»
De his monebitur infra ad Fragm. Char. IX.

XXVII.

Arrian. IV. 13, 14. 1. Ἐκ Φιλίππου ἦν ἤδη καθεστηκὸς, τῶν ἐν τέλει Μακεδόνων τοὺς παῖδας, ὅσοι ἐς ἡλικίαν ἐμειρακίσαντο, καταλέγεσθαι ἐς θεραπείαν τοῦ βασιλέως· τά τε περὶ τὴν ἄλλην δίαιταν τοῦ σώματος διακονεῖσθαι βασιλεῖ καὶ κοιμώμενον φυλάσσειν τούτοις ἐπετέτραπτο, καὶ ὁπότε ἐξελαύνοι βασιλεὺς, τοὺς ἵππους παρὰ τῶν ἱπποκόμων δεχόμενοι ἐκεῖνοι προσῆγον, καὶ ἀνέβαλλον οὗτοι βασιλέα τὸν Περσικὸν τρόπον, καὶ τῆς ἐπὶ θήρᾳ φιλοτιμίας βασιλεῖ κοινωνοὶ ἦσαν. Τούτων καὶ Ἑρμόλαος ἦν, Σωπόλιδος μὲν παῖς, φιλοσοφίᾳ δὲ ἐδόκει προσέχειν τὸν νοῦν, καὶ Καλλισθένην θεραπεύειν ἐπὶ τῷδε. Ὑπὲρ τούτου λόγος κατέχει, ὅτι, ἐς θήραν προσφερομένου Ἀλεξάνδρῳ συὸς, ἔφθη βαλὼν τὸν σῦν ὁ Ἑρμόλαος. Καὶ ὁ μὲν σῦς πίπτει βληθεὶς, Ἀλέξανδρος δὲ, τοῦ καιροῦ ὑστερίσας, ἐχαλέπηνε τῷ Ἑρμολάῳ, καὶ κελεύει αὐτὸν πρὸς ὀργὴν πληγὰς λαβεῖν, ὁρώντων τῶν ἄλλων παίδων, καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ ἀφείλετο. Τοῦτον τὸν Ἑρμόλαον, ἀλγήσαντα τῇ ὕβρει, φράσαι πρὸς Σώστρατον τὸν Ἀμύντου, ἡλικιώτην τε αὐτοῦ καὶ ἐραστὴν ὄντα, ὅτι οὐ βιωτὸν οἱ ἔστι μὴ τιμωρησαμένῳ Ἀλέξανδρον τῆς ὕβρεως· καὶ τὸν Σώστρατον οὐ χαλεπῶς συμπεῖσαι μετασχεῖν τοῦ ἔργου, ἅτε ἐρῶντα. Ὑπὸ τούτων δὲ ἀναπεισθῆναι Ἀντίπατρόν τε τὸν Ἀσκληπιοδώρου, τοῦ Συρίας σατραπεύσαντος, καὶ Ἐπιμένην τὸν Ἀρσέου, καὶ Ἀντικλέα τὸν Θεοκρίτου, καὶ Φιλώταν τὸν Κάρσιδος τοῦ Θρᾳκός. Ὡς οὖν περιῆκεν ἐς Ἀντίπατρον ἡ νυκτερινὴ φυλακὴ, ταύτῃ τῇ νυκτὶ ξυγκείμενον εἶναι ἀποκτεῖναι Ἀλέξανδρον, κοιμωμένῳ ἐπιπεσόντας. Συμβῆναι δὲ οἱ μὲν αὐτομάτως λέγουσιν, ἔστε

ἡμέραν πίνειν Ἀλέξανδρον· Ἀριστόβουλος δὲ ὧδε ἀνέγραψε. Σύραν γυναῖκα ἐφομαρτεῖν Ἀλεξάνδρῳ, κάτοχον ἐκ τοῦ θείου γιγνομένην· καὶ ταύτην τὸ μὲν πρῶτον γέλωτα εἶναι Ἀλεξάνδρῳ τε καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ὡς δὲ τὰ πάντα ἐν τῇ κατοχῇ ἀληθεύουσα ἐφαίνετο, οὐκέτι ἀμελεῖσθαι ὑπ' Ἀλεξάνδρου, ἀλλ' εἶναι γὰρ τῇ Σύρᾳ πρόσοδον πρὸς τὸν βασιλέα καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ καθεύδοντι πολλάκις ἤδη ἐπιστῆναι. Καὶ δὴ καὶ τότε ἀπαλλασσομένου ἐκ τοῦ πότου κατεχομένην ἐκ τοῦ θείου ἐντυχεῖν, καὶ δεῖσθαι, ἐπανελθόντα πίνειν ὅλην τὴν νύκτα· καὶ Ἀλέξανδρον θεῖόν τι εἶναι νομίσαντα, ἐπανελθεῖν τε καὶ πίνειν, καὶ οὕτω τοῖς παισὶ διαπεσεῖν τὸ ἔργον. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ Ἐπιμένης ὁ Ἀρσέου τῶν μετεχόντων τῆς ἐπιβουλῆς, φράζει τὴν πρᾶξιν Χαρικλεῖ τῷ Μενάνδρου, ἐραστῇ ἑαυτοῦ γεγονότι· Χαρικλῆς δὲ φράζει Εὐρυλόχῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ Ἐπιμένους· καὶ ὁ Εὐρύλοχος ἐλθὼν ἐπὶ τὴν σκηνὴν [τὴν] Ἀλεξάνδρου, Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου τῷ σωματοφύλακι καταλέγει ἅπαν τὸ πρᾶγμα· ὁ δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἔφρασε. Καὶ Ἀλέξανδρος ξυλλαβεῖν κελεύει ὧν τὰ ὀνόματα εἶπεν ὁ Εὐρύλοχος· καὶ οὗτοι στρεβλούμενοι σφῶν τε αὐτῶν κατεῖπον τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ τινας καὶ ἄλλους ὠνόμασαν. Ἀριστόβουλος μὲν λέγει, ὅτι καὶ Καλλισθένην ἐπᾶραι σφᾶς ἔφασαν ἐς τὸ τόλμημα, καὶ Πτολεμαῖος ὡσαύτως λέγει· οἱ δὲ πολλοὶ οὐ ταύτῃ λέγουσιν.

Locum Arriani, quem totum recipiendum putavi, quippe ad unius Aristobuli, ut videtur, narrationem proxime compositum, excerpsit manifeste Auctor *Itiner.* XCIII sq. Magna ex parte cum Arriano concordatur Curtius VIII. 6. 2 sqq.; sed hujus scriptoris narratio multo est amplior atque, ut solet in talibus, ornatior. Discrepat vero Curtius in *παίδων* nominibus recensendis : «Nicostratum, ait, Antipatrum Asclepiodorumque et Philotam placuit assumi : per hos adjecti sunt Anticles, Elaptonius et Epimenes.» In quibus *Asclepiodorumque* vix est dubium, quin ortum e Graecis *τὸν Ἀσκληπιοδώρου* mutandum sit in *Asclepiodori*, quod jam Muetzellius conjecit. Simile vitium, ut hoc obiter moneam, in *Itinerarium* irrepsit, ubi corrupta lectio vel prava versio *Sostrato et Amynta* ex Arriano corrigatur oportet in *Sostrato* [?] *Amyntae.* Reliqua, *Nicostratum* et *Elaptonius*, quod ne nomen quidem est, unde in Curtii orationem irre-

pserint, non assequor; sed Arriani auctoritate Curtium non omnino emendandum esse, pro certo habeam : ab illius enim fontibus hic non pependit. Nolo persequi leviora, in quibus Arrianus cum Curtio pugnat; solum notabo, apud hunc conjurationem non a Ptolemaeo Regi indicari, sed ab Eurylocho, comitante Epimene, qui ipse insidias statim fratri aperuisse dicitur, nec vero per Chariclem. Negat tandem Curtius, quod hic in primis in censum venit, Callisthenem a conjuratis nominatum esse insidiarum vel socium vel suasorem, adstipulante Plutarcho *Vit. Alex.* LV : *Τῶν περὶ Ἑρμόλαον οὐδεὶς, οὐδὲ διὰ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης, τοῦ Καλλισθένους κατεῖπεν.* Cf. Arrian. l. l. Contrarium quod contendunt Ptolemaeus et Aristobulus, eo magis fortasse bonae Alexandri famae quam veritati consulere illi studuerunt. Vide supra p. 14. Refutantur vero egregie Alexandri ipsius verbis, a Plutarcho l. l. servatis : *Ἀλέξανδρος αὐτὸς*, inquit, *εὐθὺς Κρατερῷ γράφων καὶ Ἀττάλῳ καὶ Ἀλκέτᾳ, φησὶ τοὺς παῖδας βασανιζομένους ὁμολογεῖν, ὡς αὐτοὶ ταῦτα πράξειαν, ἄλλος δ᾽ οὐδεὶς συνειδείη.* Quae postrema indicant tamen, quam suspectus Callisthenes inde ab initio Regi fuerit. Et vero quum satis superque constet, ambiguis partim dictis, partim consiliis, Callisthenem fervidos et agitatos juvenum animos magis etiam contra Alexandrum exasperasse, atque ita ad facinus quod meditarentur inflammasse (Arrian. IV. 14. 2; Plutarch. l. l.; Curt. l. l. 24 sq.); mirum quidem non sit, Alexandrum, fastidiosis philosophi moribus et importuna saepe austeritate offensum, jam continuo mali quid subodorasse, et Hermolao insidiarum deprehenso, magistrum simul et familiarem Callisthenem criminis si non suasorem et auctorem, at socium certe credidisse. Imo videtur Alexander cupide arripuisse opportunitatem mulctandi odiosum ipsi virum, aulae et assentantium ingenio haudquaquam accommodatum. Cff. Stahrius *Aristot.* I p. 122 sqq. et Droysenus l. l. p. 357, vituperatus a Muetzellio ad Curt. p. 762. Itaque protinus aperto Hermolai consilio Callisthenem in carcerem conjecit. Degebat tum Alexander in Bactrianae urbe Cariata, ut testis est Strabo XI p. 787 B, qui praeter alia bene multa fortasse etiam hoc ex Aristobulo, quem mox

nominatim laudat, tacite desumpsit. *Καριάτας τῆς Βακτριανῆς*, inquit, *ἐν ῇ Καλλισθένης συνελήφθη καὶ παρεδόθη φυλακῇ*. Cf. Arrian. IV. 22. 4. Quam autem Alexander statim animo conceperat suspicionem, ea sensim ita crevit, ut ulciscendi consilium non amplius mitteret, ipsam modo ultionem in aliud tempus differret. Quod item apud Plutarchum testatur in *Epistola* ad Antipatrum scripta : *Οἱ μὲν παῖδες ὑπὸ τῶν Μακεδόνων κατελεύσθησαν· τὸν δὲ σοφιστὴν ἐγὼ κολάσω, καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτόν·* Aristotelem puta. Quae quidem poena qualis fuerit, proxima ab hac annotatio explicabit.

XXVIII.

Arrian. IV. 14. 3. *Καλλισθένην Ἀριστόβουλος μὲν λέγει δεδεμένον ἐν πέδαις ξυμπεριάγεσθαι τῇ στρατιᾷ, ἔπειτα νόσῳ τελευτῆσαι· Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου στρεβλωθέντα καὶ κρεμασθέντα ἀποθανεῖν.*

Mirum quanta dissensione de morte Callisthenis tradiderunt antiqui. Curtius, quum VIII. 8. 21 tortum illum interiisse contendat, suffragatur Ptolemaeo. Ne autem Senecam commemorem (*Suasor.* I p. 6 ed. Bipont.), qui Clitum confudisse cum Callisthene videtur, tragice in primis Callisthenis exitum describit Diogenes Laërtius V. 1. 5, ex eodem fonte quem Lucianus adiit, *Dial. Mort.* XIV, coll. Schol. ad XIII p. 394 ed. Reitz. Sic enim Diogenes fabulatur : *Δόξας Ἑρμολάῳ συμμετεσχηκέναι τῆς εἰς Ἀλέξανδρον ἐπιβουλῆς, ἐν σιδηρᾷ περιήγετο γαλεάγρᾳ, φθειριῶν καὶ ἀκόμιστος· καὶ τέλος λέοντι παραβληθεὶς, οὕτω κατέστρεψεν.* Omnem probabilitatis modum excedit Justinus XV. 3, in cavea cum cane Callisthenem claudens, abscissasque aures et nasum et labia jactans. Cui simillimam narratiunculam ob oculos habuisse videtur Suidas v. *Καλλισθένης* II p. 233 et *Νεοφρῶν* s. *Νεοφῶν* p. 610, coll. Eudoc. p. 310, ubi illum una cum familiari Sicyonio Neophonte *αἰκισμοῖς* interemptum fingit. Nihil de his nugis Plutarchus *Vit. Alex.* LV, sed Ptolemaei et Aristobuli testimoniis addens narrationem Charetis (Fragm. XI.), sic scribit : *Ἀποθανεῖν αὐτὸν οἱ μὲν ὑπ' Ἀλεξάνδρου κρεμασθέντα λέγουσιν, οἱ δ' ἐν πέδαις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα· Χάρης δὲ, μετὰ*

τὴν σύλληψιν ἑπτὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον, ὡς ἐν τῷ συνεδρίῳ κριθείη, παρόντος Ἀριστοτέλους· ἐν αἷς δ' ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη, περὶ τὴν Ἰνδίαν ἀποθανεῖν, ὑπέρπαχυν γενόμενον καὶ φθειριάσαντα. Quo pediculari morbo (cf. Sturz. ad Pherec. p. 17 sq.) quum praeter Pherecydem aliosque etiam Sylla decesserit, de hujus interitu exponens Plutarchus *Vit. Syll.* XXXVI iterum : *Λέγεται δὲ*, inquit, *τῶν ὑστέρων φθειριάσαντα τελευτῆσαι καὶ Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον, ἐν εἱρκτῇ φρουρούμενον*· quibus partim concinunt Diogenes et Lucianus l. l. Denique, ut finem his faciam, Aristobuli testimonium ubi comprobatum legimus simili, sed locupletiore et accuratiore Charetis descriptione, horum duumvirorum auctoritate freti, Diogeni ceterisque suas donare fabulas, Ptolemaeum etiam cum eoque Curtium erroris insimulare haud veremur.

XXIX.

Athenaeus VI p. 351 A. *Ἀριστόβουλός φησιν ὁ Κασσανδρεὺς, Διώξιππον τὸν Ἀθηναῖον παγκρατιαστὴν, τρωθέντος ποτὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ αἵματος ῥέοντος, εἰπεῖν*

Ἰχὼρ, οἷόσπερ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Pertinent haec ad pugnam adversus Assacanorum vel Assacenorum gentem, quorum oppido Massagis (*Mazagas* dicit Curtius VIII. 10. 22, *Μάσσακα* Diodorus Summar. Lib. XVII) phalangem admovens Alexander talo leviter vulneratus est. Cf. Arrian. IV. 26. 4. Illud e Plutarcho novimus *Orat. de Alex.* II. 9; sed de hoc maxima est inter antiquos dissensio, ecquis dicterium in Alexandrum sauciatum converterit. Ut per adulationem h. l. Dioxippus, ita per contumeliam apud Senecam l. modo l. Callisthenes eo usus fertur, quo, qui Deus videri vellet, Alexandrum acerbe rideret. Quod haud ita absurdum existimes, si *παῤῥησίαν* hujus philosophi spectas; sed vicissim parum credibile, si, ut Fragm. XXVII probavimus, Callisthenem jam in vincula conjectum fuisse reputas, quo tempore Massaga Alexander adortus est. Contra Plutarchus tum l. l. et *Apophth.* VIII p. 202 (ed. Hutt.), tum

Vit. Alex. XXVIII ipsum Alexandrum fingit versum Homericum (*Iliad.* E. 340) adulatoribus amicis jocose objicientem. *Πληγῇ περιπεσὼν ὑπὸ τοξεύματος*, inquit, *καὶ περιαλγὴς γενόμενος· «Τοῦτο μὲν, εἶπεν, ὦ φίλοι, τὸ ῥέον αἷμα, καὶ οὐκ ἰχὼρ, οἷόσπερ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.»* Quod quum ingenio Alexandri non satis accommodatum videretur, Diogenes Laërt. IX. 10. 60, Plutarchi testimonium aspernatus, idem tanquam Anaxagorae dictum commemoravit. *Ἀλέξανδρον*, ait, *οἰόμενον εἶναι θεὸν ἐπέτρεψεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔκ τινος πληγῆς εἶδεν αὐτῷ καταῤῥέον αἷμα, δείξας τῇ χειρὶ πρὸς αὐτόν, φησι· «Τουτὶ μὲν αἷμα κ. τ. λ.»* Quae narratio aliquanto quidem probabilior fit cetera ejusdem philosophi dicteria in Alexandrum jactata reputanti, quorum meminere Plutarchus *Vit. Alex.* l. l., *Symp.* IX. 1. 2; Diog. Laërt. l. l., Aelian. *V. H.* IX. 37; sed tamen nequaquam conciliatur verbis Arriani IV. 10. 6 sqq. et Luciani *de Paras.* XXXV, neque etiam iis quae Aristobuli fragmento Athenaeus praemisit. Ne igitur in tanta scriptorum discordia certi quid statuentes nubem pro Junone amplectamur, re in medio relicta, paucis de Dioxippo videamus, a quo adulatore Aristobulus dictum illud repetiit. Non alius est quem designat Plinius *H. N.* XXXV. 40. 32: «Alcimachus pinxit Dioxippum, qui pancratio Olympia citra pulveris tactum (quod vocant aconiti) vicit: coniti Nemeaea.» *Pugilem nobilem et ob eximiam virtutem virium Regi pernotum et gratum* Curtius vocat IX. 7. 16. Cf. Diod. Sic. XVII. 100. Obiit paulo post victoriam de Mallis reportatam, a. 326 exeunte; quo modo quaque de causa, exponunt Curtius, Diodorus l. l. et Aelianus *V. H.* X. 22. Plura de eo vide in Krausii opere *Olympia* p. 274 sq.

XXX.

Strabo XV p. 1040 D—1041 B. *Ἀριστόβουλος τῶν ἐν Ταξίλοις σοφιστῶν ἰδεῖν δύο φησὶ, Βραχμᾶνας ἀμφοτέρους, τὸν μὲν πρεσβύτερον ἐξυρημένον, τὸν δὲ νεώτερον κομήτην, ἀμφοτέροις δ' ἀκολουθεῖν μαθητάς. Τὸν μὲν οὖν ἄλλον χρόνον κατ' ἀγορὰν διατρίβειν, τιμωμένους ἀντὶ ξυμβούλων, ἐξουσίαν*

ἔχοντας ὅ τι ἂν βούλωνται τῶν ὠνίων φέρεσθαι δωρεάν· ὅτῳ δ᾽ ἂν προσίωσι, καταχεῖν αὐτῶν τοῦ σησαμίνου λίπους, ὥστε καὶ κατὰ τῶν ὀμμάτων ῥεῖν· τοῦ τε μέλιτος πολλοῦ προκειμένου καὶ τοῦ σησάμου μάζας ποιουμένους, τρέφεσθαι δωρεάν. Προερχομένους δὲ καὶ πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρου τράπεζαν παραστάντας δειπνεῖν, καρτερίαν διδάσκειν, παραχωροῦντας ἔς τινα τόπον πλησίον, ὅπου τὸν μὲν πρεσβύτερον, πεσόντα ὕπτιον, ἀνέχεσθαι τῶν ἡλίων καὶ τῶν ὄμβρων· ἤδη γὰρ ὕειν, ἀρχομένου τοῦ ἔαρος· τὸν δ᾽ ἑστάναι μονοσκελῆ, ξύλον ἐπηρμένον ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν, ὅσον τρίπηχυ· κάμνοντος δὲ τοῦ σκέλους, ἐπὶ θάτερον μεταφέρειν τὴν βάσιν, καὶ διατελεῖν οὕτως τὴν ἡμέραν ὅλην. Φανῆναι δ᾽ ἐγκρατέστερον μακρῷ τὸν νεώτερον· συνακολουθήσαντα γὰρ μικρὰ τῷ βασιλεῖ, ταχὺ ἀναστρέψαι πάλιν ἐπ᾽ οἴκου, μετιόντος τε, αὐτὸν κελεῦσαι ἥκειν, εἴ του βούλεται τυγχάνειν· τὸν δὲ συναπᾶραι μέχρι τέλους, καὶ μεταμφιάσασθαι, καὶ μεταθέσθαι τὴν δίαιταν, συνόντα τῷ βασιλεῖ· ἐπιτιμώμενον δ᾽ ὑπό τινων λέγειν, ὡς ἐκπληρώσειε τὰ τετταράκοντα ἔτη τῆς ἀσκήσεως, ἃ ὑπέσχετο· Ἀλέξανδρον δὲ τοῖς παισὶν αὐτοῦ δοῦναι δωρεάν.

Venit Alexander Taxila, *πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, τὴν μεγίστην τῶν μεταξὺ Ἰνδοῦ τε ποταμοῦ καὶ Ὑδάσπου* (Arrian. V. 8. 2. Cf. Droysen. p. 382 sq.), a. 326, incipiente vere, quod testatur Aristobulus, praeterquam hoc ipso loco, Fragm. XXXIV. De Sophistarum, quos ibi offendit, moribus deque honoribus iis habitis, Calano in primis et Mandani, quem Dandamin vocant Arrian. VII. 2. 2 et Plutarch. *Vit. Alex.* LXV, plura ex Onesicriti et Nearchi scriptis Strabo l. l. apponit, congrua illa Aristobuli descriptioni. Inter alia : *Τοὺς μὲν Βραχμᾶνας πολιτεύεσθαι, καὶ παρακολουθεῖν τοῖς βασιλεῦσι συμβούλους. — Ἀπιόντας δ᾽ εἰς τὴν πόλιν, κατὰ τὰς ἀγορὰς σκεδάννυσθαι · ὅτῳ δ᾽ ἂν κομίζοντι σῦκα ἢ βότρυς περιτύχωσι, λαμβάνειν δωρεὰν παρέχοντος · εἰ δ᾽ ἔλαιον εἴη, καταχεῖσθαι αὐτῶν καὶ ἀλείφεσθαι.* Hinc jure Casaubonus Aristobulo reddidit *καταχεῖν αὐτῶν* pro vitioso *καταχεῖν αὐτῷ*. Sed non vidit aliud latere vitium, a posterioribus etiam criticis omissum; nam quae sequuntur : *δειπνεῖν, καρτερίαν διδάσκειν*, copulam aperte desiderant. Legatur *δειπνεῖν, καὶ καρτ. διδ.*

Exciderat eadem copula ante *κατὰ τῶν ὀμμάτων,* nunc a Tzschuckio restituta.

XXXI.

Strabo XV p. 1041 B. C. *Τῶν ἐν Ταξίλοις νομίμων καινὰ καὶ ἀήθη λέγει (Ἀριστόβουλος), τό τε τοὺς μὴ δυναμένους ἐκδιδόναι τὰς παῖδας ὑπὸ πενίας, προάγειν εἰς ἀγορὰν ἐν ἀκμῇ τῆς ὥρας κόχλῳ τε καὶ τυμπάνοις, οἷσπερ καὶ τὸ πολεμικὸν σημαίνουσιν, ὄχλου προσκληθέντος· τῷ δὲ προσέλθοντι τὰ ὀπίσθια πρῶτον ἀνασύρεσθαι μέχρι τῶν ὤμων, εἶτα τὰ πρόσθεν· ἀρέσασαν δὲ καὶ συμπεισθεῖσαν, ἐφ' οἷς ἂν δοκεῖ, συνοικεῖν. Καὶ τὸ γυψὶ ῥίπτεσθαι τὸν τετελευτηκότα. Τὸ δὲ πλείους ἔχειν γυναῖκας, κοινὸν καὶ ἄλλων. Παρά τισι δ' ἀκούειν φησὶ, καὶ συγκατακαιομένας τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσιν ἀσμένας· τὰς δὲ μὴ ὑπομενούσας ἀδοξεῖν.*

Qui de hoc feminarum apud Indos more, Thressis etiam recepto, memoriae prodiderunt, omnes recensere nihil interest. Cathaeorum genti illud *νόμιμον* fuisse, tradunt Diod. Sic. XVII. 92 et Strabo l. l. p. 1024 B.

XXXII.

Arrian. V. 14. 3. *Ἀριστόβουλος τὸν Πώρου παῖδα λέγει φθάσαι ἀφικόμενον ξὺν ἅρμασιν ὡς ἑξήκοντα, πρὶν τὸ ὕστερον ἐκ τῆς νήσου τῆς μικρᾶς περᾶσαι Ἀλέξανδρον. Καὶ τοῦτον δυνηθῆναι ἂν εἶρξαι Ἀλέξανδρον τῆς διαβάσεως, χαλεπῶς καὶ μηδενὸς εἴργοντος περαιωθέντα, εἴπερουν καταπηδήσαντες οἱ Ἰνδοὶ ἐκ τῶν ἁρμάτων προσέκειντο τοῖς πρώτοις ἐκβαινόντων· ἀλλὰ παραλλάξαι γὰρ ξὺν τοῖς ἅρμασι, καὶ ἀκίνδυνον ποιῆσαι Ἀλεξάνδρῳ τὴν διάβασιν· καὶ ἐπὶ τούτους ἀφεῖναι Ἀλέξανδρον τοὺς ἱπποτοξότας, καὶ τραπῆναι αὐτοὺς οὐ χαλεπῶς, πληγὰς λαμβάνοντας.*

De hoc proelio me dicere memini ad Ptolem. Fragm. XVII p. 40 sqq., cujus testimonium Aristobuli narrationi opponitur. Hujus vero loci est, ut paucis dicam de lectione *τῆς νήσου τῆς μικρᾶς,* in qua postremas duas voces, exemplo Schmiederi, Ellendtius uncis inclusit, Kruegerus vero, praeeunte

Facio, *μικρᾶς* in *μείζονος* mutavit. Duas insulas in Hydaspe memorat Arrianus, alteram sylvosam atque ob solitudinem inaccessam (11. 1.), Curtio dictam *ampliorem ceteris* (VIII. 13. 17.); alteram *καὶ αὐτὴν μεγάλην*, ex qua Alexander, aucta mirum in modum aqua, aegre cum copiis evasisset (13. 2, 3.). Atque hanc ipsam h. l. indicari ab Aristobulo, quum dicat Pori filium *potuisse prohibere Alexandrum transitu, quippe qui etiam nemine arcente difficulter transiisset*, mihi quidem ex orationis contextu ita perspicuum est, ut non assequar, quibus rationibus moti Facius et Kruegerus *μείζονος* scribi jusserint. In hoc tantum quaedam inesse difficultas videtur, quod quam insulam Arrianus supra vocavit *καὶ αὐτὴν μεγάλην*, eadem quamvis altera, ut Curtius etiam innuit, *minor*, nunc dicatur *μικρά*. Quocirca pro *μικρᾶς* rescripserim *μικροτέρας*, ut dixit in descriptione ambarum in ostio Euphratis insularum V. 20. 3 (Fragm. LI init.).

XXXIII.

Arrian. V. 20. 2. *Αὐτὸς (Ἀλέξανδρος) ἤλαυνεν ὡς ἐπὶ τοὺς προσχώρους τῇ τοῦ Πώρου ἀρχῇ Ἰνδούς. Ὄνομα δὲ ἦν τῷ ἔθνει Γλαυγανῖκαι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ὡς δὲ Πτολεμαῖος, Γλαῦσαι.*

In Ptolemaei Fragmentis hunc locum legas ordine XVIII p. 42.

XXXIV.

Strabo XV p. 1013 B — 1014 A. *Ἀριστόβουλος μόνα καὶ ὕεσθαι καὶ νίφεσθαι τὰ ὄρη καὶ τὰς ὑπωρείας (τῆς Ἰνδικῆς) φησί· τὰ πεδία δὲ καὶ ὄμβρων ὁμοίως ἀπηλλάχθαι καὶ νιφετῶν· ἐπικλύζεσθαι δὲ μόνον κατὰ τὰς ἀναβάσεις τῶν ποταμῶν. Νίφεσθαι μὲν οὖν τὰ ὄρη κατὰ χειμῶνα· τοῦ δὲ ἔαρος ἀρχομένου, καὶ τοὺς ὄμβρους ἐνάρχεσθαι, καὶ ἀεὶ καὶ μᾶλλον λαμβάνειν ἐπίδοσιν· τοῖς δ' ἐτησίαις καὶ ἀδιαλείπτως νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐκχεῖσθαι καὶ λάβρους, ἕως ἐπιτολῆς Ἀρκτούρου. Ἔκ τε δὴ τῶν χιόνων καὶ τῶν ὑετῶν πληρουμένους ποτίζειν τὰ πεδία. Κατανοηθῆναι δὲ ταῦτα καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων φησίν, ὡρμηκότων μὲν εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἀπὸ Παροπαμι-*

σάδων· μετὰ δὲ δυσμὰς Πληϊάδων καὶ διατριψάντων κατὰ τὴν ὀρεινὴν, ἔν τε τῇ Ἱππασίων καὶ τῇ Μουσικανοῦ γῇ, τὸν χειμῶνα· τοῦ δ' ἔαρος ἀρχομένου, καταβεβηκότων εἰς τὰ πεδία καὶ πόλιν Τάξιλα εὐμεγέθη, ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Ὑδάσπην καὶ τὴν Πώρου χώραν. Τοῦ μὲν οὖν χειμῶνος ὕδωρ οὐκ ἰδεῖν, ἀλλὰ χιόνας μόνον, ἐν δὲ τοῖς Ταξίλοις πρῶτον ὑσθῆναι. Καὶ ἐπειδὴ καταβᾶσιν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην καὶ νικήσασι τὸν Πῶρον, ὁδὸς ἦν πρὸς ἕω ἐπὶ τὸν Ὕπανιν, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην πάλιν, ὕεσθαι συνεχῶς, καὶ μάλιστα τοῖς ἐτησίαις· ἐπιτείλαντος δὲ τοῦ Ἀρκτούρου, γενέσθαι παῦλαν. Διατρίψαντας δὲ περὶ τὴν ναυπηγίαν ἐπὶ τῷ Ὑδάσπῃ, καὶ πλεῖν ἀρξαμένους πρὸ δύσεως Πληϊάδος οὐ πολλαῖς ἡμέραις, καὶ τὸ φθινόπωρον πᾶν καὶ τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἐπιὸν ἔαρ καὶ τὸ θέρος ἐν τῷ κατάπλῳ πραγματευθέντας, ἐλθεῖν εἰς τὴν Παατταλήνην περὶ Κυνὸς ἐπιτολήν. Δέκα μὲν δὴ τοῦ κατάπλου γενέσθαι μῆνας, οὐδαμοῦ δ' ὑετῶν αἰσθέσθαι, οὐδ' ὅτε ἐπήκμασαν οἱ ἐτησίαι· τῶν δὲ ποταμῶν πληρουμένων, τὰ πεδία κλύζεσθαι· τὴν δὲ θάλατταν ἄπλουν εἶναι, τῶν ἀνέμων ἀντιπνεόντων, ἀπὸ γαίας δὲ μηδεμιᾶς πνοῆς ἐκδεξαμένης.

Aristobuli sententiam, *μὴ ὕεσθαι τὰ πεδία*, iterat iisdem verbis Strabo l. l. p. 1019 A, sed circumscribit accuratius p. 1015 B (Fragm. XXXVI.) : *Οὔτε ἡ Θηβαῒς — οὔτε τῆς Ἰνδικῆς τὰ ἀπὸ τῆς Πατταληνῆς μέχρι τοῦ Ὑδάσπου*, ubi excidit *κατομβροῦται*, e superioribus repetendum. Sequitur Aristobulum Arrianus VI. 25. 4, agens de terra Gedrosiorum: *Ὕεται ἡ Γαδρωσίων γῆ ὑπ' ἀνέμων τῶν ἐτησίων, καθάπερ οὖν καὶ ἡ Ἰνδῶν γῆ, οὐ τὰ πεδία τῶν Γαδρωσίων, ἀλλὰ τὰ ὄρη.* Eadem habet Strabo p. 1050 C. Quod quum de Etesiis etiam nostro loco affirmari videas, *ὕεσθαι συνεχῶς καὶ μάλιστα τοῖς ἐτησίαις*, sponte patet, quam egregie Tzschuckius eandem vocem in prioribus restituerit, ubi olim legebatur *τοῖς δὲ τῆς Ἀσίας καὶ ἀδιαλείπτως νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐκχεῖσθαι καὶ λάβρους.* Fugit vero eundem in proximis post *πληρουμένους* intexendum esse *ποταμούς*. Redeo ad Arrianum, qui ut l. l. ad Aristobulum se conformavit, ita alibi videtur Nearchum sequi, sequitur etiam Megasthenem. Nearchus enim, teste Strabone p. 1014 A, in ceteris quum Aristobulo calculum adjiciat, *περὶ τῶν θερινῶν ὄμβρων οὐχ ὁμολογεῖ· ἀλλά*

φησιν, ὕεσθαι τὰ πεδία θέρους, χειμῶνος δ' ἄνομβρα εἶναι. Similiter Arrianus V. 9. 4, et disertius etiam Megasthenem excerpens *Indic.* VI. 4 sq. Diodorus II. 36 distinguit διττοὺς ὄμβρους καθ' ἕκαστον ἔτος, τὸν μὲν χειμερινὸν, τὸν δ' ἕτερον κατὰ τὴν θερινὴν τροπὴν, quae Eratosthenis fuit sententia, ex quo idem illud refert Strabo p. 1016 A.

Quae porro in fragmento Aristobuli legitur brevis relatio de Indica Alexandri expeditione, ea quidem tam graviter corrupta est, ut paulo diligentius examinanda sit. A Paropamisadis profecti, quod Arrianus IV. 22. 3 evenisse tradit Ol. CXIII. 1 sive a. 327, movisse Macedones in Indiam dicuntur, ibique post Pleiadum occasum degisse totam hiemem in nescio quorum Hippasiorum vel Hypasiorum terra et ditione Musicani; quam tamen, si audis Arrianum VI. 15. 5 sq., adiit demum Alexander exacta fere proxima hieme, m. Febr. a. 325. Deinde, ἔαρος ἀρχομένου, exercitum in campos descendisse legimus et in Taxilorum urbem, hinc ad Hydaspem Porique regionem; quae omnia facta esse demonstravi inde a m. Elaphebolione a. 326. Vide ad Ptolem. Fragm. XVII p. 41 sq. Est vero haec narratio tam absurda, ut ab Aristobulo vel Strabone profecta esse plane non possit; id quod nemini adhuc in oculos incurrisse demiror. Oritur perturbatio e depravata lectione: μετὰ δὲ δυσμὰς Πληϊάδων καὶ διατριψάντων κατὰ τὴν ὀρεινὴν ἔν τε τῇ Ἱππασίων καὶ τῇ Μουσικανοῦ γῇ τὸν χειμῶνα. Primum ferri nequit Ἱππασίων, quod ex ὑπ' Ἀσίων Casaubonus dedit. Legendum Ἀσπασίων, quod nunc me Tzschuckius monet h. l. jam commendatum esse a Schmiedero ad Arrian. *Indic.* p. 6. Porro pro Μουσικανοῦ scribatur oportet Ἀσσακανοῦ, quem Arrianus IV. 30. 5 per η vocat Ἀσσακηνόν. Vix Bactris Alexander in Indiam pervenerat, quum has peteret regiones. Arrianus IV. 23. 1: Προὐχώρει ἐς τὴν Ἀσπασίων τε (Cf. Ptolem. Fragm. XVI.) καὶ Γουραίων χώραν καὶ Ἀσσακηνῶν, quorum postremis praeërat Assacenus vel Assacanus. De iisdem Strabo loquitur p. 1022 A: Τὰ μεταξὺ τούτοιν τοῖν δυοῖν ποταμοῖν (Ὑπάνιος καὶ Γάγγου) ἔχουσιν Ἀστακηνοί τε καὶ Μασιανοὶ καὶ Νυσαῖοι καὶ Ἱππάσιοι· εἶθ' ἡ Ἀσσακανοῦ, ὅπου Μάσσαγα πόλις, τὸ βασίλειον τῆς χώρας (Cf. p. 95 ad

Fragm. XXIX.). Nam ibi pariter *Ἱππάσιοι* expellendum est codicumque *Πάσιοι* corrigendum *Ἀσπάσιοι*. Tandem ut emendationi nostrae cumulus accedat, otiosam expunge voculam *καὶ*, ut legas : *ὡρμηκότων μὲν — Παροπαμισάδων, μετὰ δὲ δυσμὰς Πληϊάδων διατριψάντων κ. τ. λ.* Aliter locum tentatum lego a Muetzellio ad Curt. p. 798, qui, pro *Ἱππασίων* ex Arrian. VI. 16. 3, servato anachronismo, *Σάμβου* commendans, voculam *δὲ* post *μετὰ* tollit, et *δυσμὰς Πληϊάδων* intelligit de occasu Pleiadum *vespertino*, circiter m. Aprili. Sane, ut supra monebam, *ἐξήκοντος τοῦ ἦρος* Alexander in Indos movisse traditur; sed vel sic tamen viam a Muetzellio indicatam ut inire liceat admodum vereor. Imo *matutinum* Pleiadum occasum ab Aristobulo designari, argumentis ex ipso fragmento petitis probatum ibo. Totius anni aëris temperiem descripturus, incipit Aristobulus ab occasu Pleiadum, subdit mox non aestatem, quae si *vespertinum* occasum cogitasset deinceps memoranda fuisset, sed hiemem, statim transiens ad vernum tempus quo in Taxilorum regione Macedones passi esse primas pluvias dicuntur (Fragm. XXX.), per aestatem et maxime *τοῖς ἐτησίαις* continuas, donec *ἐπιτείλαντος Ἀρκτούρου* cessarent imbres. Sic omnia ordine procedunt. Accedit quod, si Muetzellii interpretationem amplectimur, Aristobulus in eadem descriptione utrumque Pleiadum occasum promiscue indicaverit : nam quae infra leguntur : *πλεῖν ἀρξαμένους πρὸ δύσεως Πληϊάδος*, de matutina *δύσει* nemo non accipiet.

Jam loco mendis purgato, de navigatione aliquid videtur monendum. Terris omnibus usque ad Hyphasin Pori ditioni adjectis, Alexander ad Hydraotem atque hinc ad Acesinem reversus, hoc fluvio trajecto, iterum venit ad Hydaspem, auctore Arriano V. 29. 2—5; quod idem Aristobulus paucis complexus : *Νικήσασι τὸν Πῶρον*, inquit, *ὁδὸς ἦν ἐπὶ τὸν Ὕπανιν* (*Ὕφασιν* Arrianus vocat) *πρὸς ἕω, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην πάλιν*. Interea classe complurium variique generis navium ad hoc flumen exstructa, *Ἀλέξανδρος ἔγνω καταπλεῖν κατὰ τὸν Ὑδάσπην ὡς ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν*, ut ait Arrian. VI. 1. 1. Atque hic est *κατάπλους* nostro fragmento dictus, quem, sacrificiis Diis fluvioque Hydaspi rite peractis,

suscepit Alexander secundum Aristobulum *πρὸ δύσεως Πληϊάδος οὐ πολλαῖς ἡμέραις* i. e. initio m. Nov. a. 326 (cf. Droysen. p. 427.), donec proximo anno 325 perventum sit ad Pattalenen (sic infra quoque Fragm. XXXVI et XLII, ubi vid. annot. Arriano est Pattala.), omni ad navigandum idoneo tempore consumpto. Nam — Arriani verbis utar — *ἀπὸ τοῦ χειμῶνος, τὴν ἀρχὴν τὸ ἀπὸ Πλειάδων δύσεως ἔστε ἐπὶ τροπὰς, ἃς ἐν χειμῶνι ὁ ἥλιος ἐπιστρέφει, πλόϊμα εἶναι ταύτῃ ἐξηγγέλλετο.* Quapropter Alexander, quum jam Etesiae spirarent, adeoque *ἄπορος* esset *ἡ ὥρα ἐς τὸν πλοῦν*, Nearcho ibi exspectare jusso, ad Arabium amnem processit. Vid. Arrian. VI. 21. 1 sqq. Quae egregie concordant cum verbis Aristobuli, narrantis ad Pattalenen appulisse classem *περὶ Κυνὸς ἐπιτολήν·* siquidem Etesiae simul fere cum ortu Canis flare incipiunt, circa 20 m. Julii. Cf. Salmas. ad Solin. p. 304. In hoc tantum leviter errat Aristobulus, quod affirmat *δέκα τοῦ κατάπλου γενέσθαι μῆνας·* nam ineunte Novembre profectos vix *novem* menses navigasse apparet, pro quibus pejus etiam *septem* numerat Plutarchus *Vit. Alex.* LXVI. Decimum mensem Aristobulo supplere studuit Droysenus p. 464: «*Strabo,* inquit, *zählt zehn Monate,* wohl bis zum Ocean, *da von Nicäa bis Pattala in der That neun Monate gebraucht würden.*» Frustra, propter disertum testimonium, *ἐλθεῖν εἰς τὴν Πατταλήνην περὶ Κυνὸς ἐπιτολήν.*

XXXV.

Strabo XV p. 1014 B. C. *Λέγουσιν ἀμφότεροι (Νέαρχος καὶ Ἀριστόβουλος) καὶ τὰς ἀναβάσεις τῶν ποταμῶν. — Ὁ δ᾽ Ἀριστόβουλος καὶ μέτρα τῆς ἀναβάσεως ἐκτίθεται τετταράκοντα πήχεις, ὧν τοὺς μὲν εἴκοσιν ὑπὲρ τὸ προϋπάρχον βάθος πληροῦν μέχρι χείλους τὸ ῥεῖθρον, τοὺς δ᾽ εἴκοσιν ὑπέρχυσιν εἶναι εἰς τὰ πεδία. Ὁμολογοῦσι δὲ καὶ, διότι συμβαίνει νησίζειν τὰς πόλεις, ἐπάνω χωμάτων ἱδρυμένας, καθάπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Αἰθιοπίᾳ· μετὰ δὲ Ἀρκτοῦρον παύεσθαι τὴν πλημμύραν, ἀποβαίνοντος τοῦ ὕδατος· ἔτι δ᾽ ἡμίψυκτον σπείρεσθαι τὴν γῆν, ἀπὸ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ χαραχθεῖσαν, καὶ ὅμως φύεσθαι τὸν καρπὸν τέλειον καὶ καλόν. Τὴν δ᾽ ὄρυζαν*

φησὶν ὁ Ἀριστόβουλος ἑστάναι ἐν ὕδατι κλειστῷ· πρασιὰς δ' εἶναι τὰς ἐχούσας αὐτήν· ὕψος δὲ τοῦ φυτοῦ τετράπηχυ πολύσταχύ τε καὶ πολύκαρπον· θερίζεσθαι δὲ περὶ δύσιν Πληϊάδος, καὶ πτίσσεσθαι ὡς τὰς ζειάς· φύεσθαι δὲ καὶ ἐν τῇ Βακτριανῇ καὶ Βαβυλωνίᾳ καὶ Σουσίδι.

Quod nunc h. l. legitur *ἀπὸ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ χαραχθεῖσαν*, pro quo antea edebatur *ψύχοντος*, id eximiae debetur Casauboni emendationi, laudantis haec verba Strabonis VII p. 478 B: *Ἡ δὲ ἄλλη πεδιὰ καὶ εὔγαιός ἐστι πᾶσα, σίτῳ δὲ καὶ σφόδρα εὐτυχής· τριάκοντα γοῦν ἀποδίδωσι διὰ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ σχιζομένη.*

De oppidis Indorum, sublimibus in locis exstructis, cf. Arrian. *Indic.* X. 4, de oryza vero Plin. *H. N.* XVIII. 13. Stare eam *ἐν ὕδατι κλειστῷ* neque Megillum praeteriit, qui apud Strab. p. 1014 C: *Τὴν ὄρυζαν σπείρεσθαι μὲν πρὸ τῶν ὄμβρων φησίν· ἀδείας δὲ καὶ φυτείας δεῖσθαι ἀπὸ τῶν κλειστῶν ποτιζομένην ὑδάτων.* Vertitur illic *in aqua eluvionis stare*, unde conjicio interpretem legisse *ἐν ὕδατι κλυστῷ*, quod tamen fictum est vocabulum. *Κλειστὸν ὕδωρ* capiendum videtur de aqua, aggeribus, ne defluat, undique cincta; quomodo, si recte memini, et hodie in oryzae cultura fieri solet. Hinc Theophrastus *τὸ ὄρυζον* tanquam *τὸν πολὺν χρόνον ἐν ὕδατι πεφυκὸς* descripsit *Hist. Plant.* IV. 4. 10.

XXXVI.

Strabo XV p. 1015 A — C. *Τὴν ὁμοιότητα τῆς χώρας ταύτης πρός τε τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, καὶ πάλιν τὴν ἐναντιότητα, παραθεὶς ὁ Ἀριστόβουλος, διότι τῷ Νείλῳ μὲν ἐκ τῶν νοτίων ὄμβρων ἐστὶν ἡ πλήρωσις, τοῖς Ἰνδικοῖς ποταμοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν, ζητεῖ, πῶς οἱ μεταξὺ τόποι οὐ κατομβροῦνται. Οὔτε γὰρ ἡ Θηβαῒς μέχρι Συήνης καὶ τῶν ἐγγὺς Μερόης, οὔτε τῆς Ἰνδικῆς τὰ ἀπὸ τῆς Πατταληνῆς μέχρι τοῦ Ὑδάσπου. Τὴν δ' ὑπὲρ ταῦτα τὰ μέρη χώραν, ἐν ᾗ καὶ ὄμβροι καὶ νιφετοί, παραπλησίως ἔφη γεωργεῖσθαι τῇ ἄλλῃ τῇ ἔξω τῆς Ἰνδικῆς χώρᾳ· ποτίζεσθαι γὰρ ἐκ τῶν ὄμβρων καὶ τῶν χιόνων. Εἰκὸς δ' οἷς εἴρηκεν οὗτος, καὶ εὔσειστον εἶναι τὴν γῆν, χαυνουμένην ὑπὸ τῆς πολλῆς ὑγρασίας, καὶ ἐκρήγματα*

λαμβάνουσαν, ὥστε καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν ἀλλάττεσθαι. Πεμφθεὶς γοῦν ἐπί τινα χρείαν, ἰδεῖν φησὶν ἐρημωθεῖσαν χώραν πλειόνων ἢ χιλίων πόλεων σὺν κώμαις, ἐκλιπόντος τοῦ Ἰνδοῦ τὸ οἰκεῖον ῥεῖθρον, ἐκτραπομένου δ᾽ εἰς τὸ ἕτερον ἐν ἀριστερᾷ κοιλότερον πολὺ, καὶ οἷον καταῤῥάξαντος, ὡς τὴν ἀπολειφθεῖσαν ἐν δεξιᾷ χώραν μηκέτι ποτίζεσθαι, ταῖς ὑπερχύσεσι μετεωροτέραν οὖσαν, οὐ τοῦ ῥεἰθρου τοῦ καινοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπερχύσεων.

Nili incrementorum causas veteribus fuisse constat multae variaeque disputationis argumentum, jam antiquissima aetate tractatum, ut docet locus Strabonis XVII p. 1139 A. B, cujus initium cum Aristobuli sententia apte conferas. *Εἰ ἄρα*, inquit, *τοῦτ᾽ ἐχρῆν ζητεῖν, ὅπερ καὶ νῦν ἔτι ζητεῖται, τί δή ποτε θέρους, χειμῶνος δ᾽ οὔ· καὶ ἐν τοῖς νοτιωτάτοις, ἐν δὲ τῇ Θηβαΐδι καὶ τῇ περὶ Συήνην οὐ συμπίπτουσιν ὄμβροι· τὸ δ᾽ ὅτι ἐξ ὄμβρων αἱ ἀναβάσεις μὴ ζητεῖν, μηδὲ τοιούτων δεῖσθαι μαρτύρων, οἵους Ποσειδώνιος εἴρηκε. Φησὶ γὰρ Καλλισθένη λέγειν τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων αἰτίαν τῶν θερινῶν, παρὰ Ἀριστοτέλους λαβόντα.* Nearchi quoque judicium Strabo prodit XV p. 1020 B, *διδάσκειν τοὺς Ἰνδικοὺς ποταμοὺς, ὅτι ἐκ τῶν θερινῶν ὄμβρων συμβαίνει ἡ πλήρωσις*, eodemque sensu fusius disputat Arrianus *Indic.* VI. 5 sqq. Plura memorare supersedeo. Sciscitanti satisfacient Salmasius ad Solin. p. 303 sqq., Bakius *Posid. Rell.* p. 97 sqq. et Westerm. *Comm. de Callisth.* II. 1 p. 5 sq. Quid de Indiae imbribus fluviorumque incrementis Aristobulus senserit, ipse jam exposuit Fragm. XXXIV, ubi p. 100 monui, hoc loco post nomen *Ὑδάσπου* excidisse verbum *κατομβροῦται*. Ceterum, quod sub finem fragmenti testatur, se quandam Indiae vidisse regionem, *ἐρημωθεῖσαν πλειόνων ἢ χιλίων πόλεων σὺν κώμαις, ἐκλιπόντος τοῦ Ἰνδοῦ τὸ οἰκεῖον ῥεῖθρον*, is numerus haud ita ampliatus videbitur reputanti, innumera olim fuisse Indiae oppida (Arrian. *Indic.* X. 2.), ut adeo Alexander Poro plus duobus millibus regunda dederit (*de Exp. Alex.* VI. 2. 1.) et omnino in India quinque millia oppidorum subegisse dicatur. Vid. Plin. *H. N.* VI. 21. Adde quod nomen accepisse Rhagae feruntur a terrae motibus, quibus et urbes numero frequentes et bis mille pagi evanuerint. Cf. Fragm. Durid. XXV p. 99.

XXXVII.

Strabo XV p. 1032 D, 1033 A. *Ἀριστόβουλος τῶν θρυλλουμένων μεγεθῶν οὐδὲν ἰδεῖν φησιν, ἔχιδναν δὲ μόνον ἐννέα πηχῶν καὶ σπιθαμῆς. — Ἔχεις δὲ πολλούς, φησι, πολὺ ἐλάττους, καὶ ἀσπίδας, σκορπίους δὲ μεγάλους. Οὐδὲν δὲ τούτων οὕτως ὀχλεῖν, ὡς τὰ λεπτὰ ὀφείδια, οὐ μείζω σπιθαμιαίων· εὑρίσκεσθαι γὰρ ἐν σκηναῖς, ἐν σκεύεσιν, ἐν θριγκοῖς ἐγκεκρυμμένα· τοὺς δὲ πληγέντας αἱμοῤῥοεῖν ἐκ παντὸς πόρου μετὰ ἐπωδυνίας· ἔπειτα ἀποθνήσκειν, εἰ μὴ βοηθήσει τις εὐθύς· τὴν δὲ βοήθειαν ῥαδίαν εἶναι διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν Ἰνδικῶν ῥιζῶν καὶ φαρμάκων. Κροκοδείλους τε οὔτε πολλοὺς οὔτε βλαπτικοὺς ἀνθρώπων ἐν τῷ Ἰνδῷ φησιν εὑρίσκεσθαι· καὶ τὰ ἄλλα δὲ ζῶα τὰ πλεῖστα τὰ αὐτὰ ἅπερ ἐν τῷ Νείλῳ γεννᾶσθαι, πλὴν ἵππου ποταμίου.*

Testimonium Aristobuli, quod probabilitate praestat reliquorum historicorum descriptionibus omnibus, et h. l. statim firmat Strabo et XV p. 1048 A. Opponit autem illud narrationi Nearchi, angues sibi visas dicentis *ἑκκαιδεκαπήχεις*, cujus generis aliquam ex eodem scriptore memorat Arrianus *Indic.* XV. 10, addens *αὐτοὺς τοὺς Ἰνδοὺς πολὺ μέζονας τούτων λέγειν εἶναι τούς μεγίστους ὄφεας.* Nearcho consentit Clitarchus (Aelian, *de nat. anim.* XVII. 2.), quem, ut plurimum, tacite sequitur Diod. Sic. XVII. 90. Hac magnitudine non contentus Megasthenes (Plin. VIII. 14.) scribit, in India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, ut solidos hauriant cervos taurosque. Plura hujusmodi exhibent Plinius l. l. 11, 13, et Strabo e Megasthene XV p. 1029 A, e Posidonio XVI p. 1095 C. — Quae porro de parvo quodam serpentum genere ab Aristobulo deprompta legimus, iis adumbrandis inservit descriptio horum animalium (quae Strabo memorat item XV p.1052 D, XVI p. 1124 B.) ap. Diod. l. l., quibuscum cff. Curtius IX. 1. 12 et Nearchus ap. Strab. XV p. 1032 C : *Εἶχε δὲ καὶ ἡ χώρα* (ait Diodorus) *ὄφεων πλῆθος, μικρῶν μὲν τοῖς μεγέθεσι, ταῖς δὲ ποικιλίαις ἐξηλλαγμένων· — διά τε τῶν δηγμάτων ὀξεῖς θανάτους ἀπειργάζοντο. Τὸν δέ πληγέντα πόνοι δεινοὶ συνεῖχον καὶ ῥύσις ἱδρῶτος αἱματοειδοῦς κατεῖχε. Διόπερ οἱ Μακεδόνες, δεινῶς ὑπὸ* (l. *ἀπὸ*) *τῶν δηγμάτων ἀπαλλάτ-*

τοντες, τὰς κλίνας ἀπὸ τῶν δένδρων ἐξήρτων καὶ τὸ πλεῖστον τῆς νυκτὸς διηγρύπνουν. Μετὰ δὲ ταῦτα παρὰ τῶν ἐγχωρίων μαθόντες τὴν ἀντιφάρμακον ῥίζαν, ἀπελύθησαν τῶν δεινῶν. Etiam haec petita esse e Clitarcho, patebit inspicienti locum Aeliani supra laudatum, cujus ultima verba, oblata jam occasione, juvat obiter emendare. Sunt illa : δακεῖν δ' ἄρα καὶ ἀποκτεῖναι ὤκιστα δεινοὺς αὐτοὺς λέγει οὗτος. Non ipsos serpentes, opinor, δεινοὺς Clitarchus vocaverit, sed morsos dixerit πόνους δεινοὺς passos, quod Diodorus expressit : τὸν πληγέντα πόνοι δεινοὶ συνεῖχον. Itaque δεινοὺς muta in δεινῶς, sed post ἄρα repone; nisi, ut simul languidae orationi aliquantum succurras, sic malis : δακεῖν δ' ἄρα δεινῶς αὐτοὺς λέγει οὗτος, καὶ ἀποκτεῖναι ὤκιστα.

Extremam fragmenti partem similiter, sed suppresso nomine auctoris, suppeditat Arrianus *Indic.* VI. 8 : Οἱ ποταμοὶ οἱ Ἰνδοὶ, ὁμοίως τῷ Νείλῳ τῷ Αἰθιοπίῳ τε καὶ Αἰγυπτίῳ, κροκοδείλους τε φέρουσιν, ἔστιν δὲ οἳ αὐτῶν καὶ ἰχθύας καὶ ἄλλα κήτεα, ὅσα ὁ Νεῖλος, πλὴν ἵππου τοῦ ποταμίου. (Cf. *Exp. Alex.* VI. 1. 2.) Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους τοὺς ποταμίους λέγει ὅτι φέρουσιν. Quae eadem de Onesicrito Strabo quoque Aristobuli fragmento subjungit.

XXXVIII.

Strabo XV p. 1033 B. Τῶν ἐκ θαλάττης φησὶν Ἀριστόβουλος εἰς μὲν τὸν Νεῖλον ἀνατρέχειν μηδὲν, ἔξω θρίσσης καὶ κεστρέως καὶ δελφῖνος, διὰ τοὺς κροκοδείλους· ἐν δὲ τῷ Ἰνδῷ πλῆθος. Τῶν δὲ καρίδων τὰς μὲν μικρὰς μέχρι ὄρους ἀναθεῖν, τὰς δὲ μεγάλας μέχρι τῶν συμβολῶν τοῦ τε Ἰνδου καὶ τοῦ Ἀκεσίνου.

Strabo XVII p. 1180 A. B. Φησὶν Ἀριστόβουλος, μηδὲν ἀνατρέχειν ὄψον εἰς τὸν Νεῖλον ἐκ τῆς θαλάττης, πλὴν κεστρέως καὶ θρίσσης καὶ δελφῖνος, διὰ τοὺς κροκοδείλους· τοὺς μὲν δελφῖνας διὰ τὸ κρείττους εἶναι, τοὺς δὲ κεστρέας τῷ παραπέμπεσθαι ὑπὸ τῶν χοίρων παρὰ γῆν, κατά τινα οἰκείωσιν φυσικήν· τῶν δὲ χοίρων ἀπέχεσθαι τοὺς κροκοδείλους, στρογ-

γύλων ὄντων, καὶ ἐχόντων ἀκάνθας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, φερούσας κίνδυνον τοῖς θηρίοις. Ἀναθεῖν μὲν οὖν ἔαρος τοὺς κεστρέας, γόνον ἔχοντας· μικρὸν δὲ πρὸ δύσεως Πληϊάδος καταβαίνειν τεξομένους ἀθρόους, ὅτε καὶ ἡ ἅλωσις αὐτῶν γίνεται περιπιπτόντων τοῖς φράγμασιν ἀθρόον. Τοιαύτην δέ τινα εἰκάζειν ἔστι καὶ περὶ τῆς θρίσσης αἰτίαν.

Ut sibi constaret vel Aristobulus vel Strabo, meo Marte pro *Πλειάδος* restitui *Πληϊάδος* (cf. Fragm. XXXIV, XXXV.). Nec dubitavi *εἰκάζειν ἐστὶ* mutare in *εἰκ. ἔστι*. Animadvertam etiam non legendum videri *περιπιπτόντων* — *ἀθρόον*, sed *ἀθρόων*, quemadmodum paulo ante scribitur *τεξομένους* — *ἀθρόους*.

Recensent Nili pisces Athenaeus VII p. 311 F, 312 A et Strabo XVII p. 1178 D sq. Quod vero apud hunc contendit Aristobulus, delphinos in Nilo reperiri *διὰ τὸ κρείττους εἶναι τῶν κροκοδείλων*, optime illustrat Plinius, cujus narrationem legas VIII. 38.

XXXIX.

Strabo XV p. 1017 A. B. *Κατὰ τὸν Ἀκεσίνην καὶ τὴν συμβολὴν τὴν πρὸς Ὑάρωτιν καὶ Ἀριστόβουλος εἴρηκε περὶ τῶν κατακαμπτομένους ἐχόντων τοὺς κλάδους, καὶ περὶ τοῦ μεγέθους· ὥσθ' ὑφ' ἑνὶ δένδρῳ μεσημβρίζειν σκιαζομένους ἱππέας πεντήκοντα· οὗτος δὲ (Ὀνησίκριτος) τετρακοσίους. Λέγει δὲ ὁ Ἀριστόβουλος καὶ ἄλλο δένδρον, οὐ μέγα, μεγάλους λοβοὺς ἔχον, ὡς ὁ κύαμος, δέκα δακτύλους τὸ μῆκος, πλήρεις μέλιτος· τοὺς δὲ φαγόντας οὐ ῥᾳδίως σώζεσθαι.*

Tribus magnis fluminibus, Hydaspe, Hydraote seu Hyarote et Hyphasi in alveum receptis, Acesines, servato semper nomine, in Indum fertur. Vid. Arrian. *Exp. Alex.* VI. 14. 5, *Indic.* III. 10. Illo igitur tractu, quo in Acesinem influit Hydraotes, quod visam sibi arborem testatur Aristobulus, sub cujus ramis deflexis 50 equites possent meridiari, in eo rursus veredicentior videtur, quo magis ceteri Alexandri comites et scriptores incredibilia narrarunt. Ne enim ad Onesicritum confugiam, qui earundem arborum umbram *octies* fecit *majorem* (ap. Strab. l. l.), memorabo deinceps, quem Diodorus (XVII. 90.) sequitur, scriptorem, sive is Clitarchus habendus

sit sive alius, de arboribus narrantem τριῶν πλέθρων umbram efficientibus; memorabo Nearchum (Arrian. *Indic.* XI. 7.), de aliis referentem, ὧν τὴν σκιὴν ἐς πέντε πλέθρα ἐν κύκλῳ ἐξικνέεσθαι, καὶ ἂν μυρίους ὑπὸ ἑνὶ δένδρεϊ σκιάζεσθαι. Sed neque hic constiterunt, qui omnibus impense exaggerandis sibi placebant. Ficum arborem Theophrastus memorat (*Hist. Plant.* IV. 4. 4.), prope Acesinem crescentem, quem acceperat ἐπὶ δύο στάδια ποιεῖν τὴν σκιάν. At quanto modestius is, qui Theophrasto auctor fuit, quam qui fingebant ἑωράσθαι πέραν τοῦ Ὑαρώτιδος δένδρον, ποιοῦν σκιὰν ταῖς μεσημβρίαις πενταστάδιον. Vid. Strab. l. l. p. 1017 B. Altera arbor, ab Aristobulo dicta, qualis fuerit, primus felicissima conjectura, nunc codicibus satis probata, detexit Casaubonus. Legebatur: δένδρον οὐ μεγάλους λόβους λέπισματα καρποὺς ἔχον. Λέπισματα καρποὺς inane esse interpretamentum, recte vidit vir sagacissimus: nam ἀμφίεσμα vel, ut est in *Etymol. M.* p. 569, 14, ἀγγεῖον κυάμου λοβός. Nec minus praeclare e voce μεγάλους deprompsit μέγα (simillima est dictio ap. Strab. XVII p. 1178 C), quum vix dubium sit, quin κύαμος h. l. non quamlibet fabam, sed Aegyptiacam designet, de qua praeter Strab. l. l. p. 1151 A agunt Athenaeus III p. 72 sqq. et Plinius XVIII. 30. Cf. Salmas. ad Solin. p. 687 sqq. Tales in India quum vidisset Alexander in Acesinis ripis, magis etiam Nili initium se reperisse putabat; quod testantur Strabo XV p. 1020 B et Arrianus VI. 1. 2.

XL.

Plutarch. *de Nobil.* XIX. Ἰνδικοὺς κύνας δῶρον πεμφθέντας Ἀλεξάνδρῳ φησὶν Ἀριστόβουλος, πρὸς μὲν τοὺς ἀγρίους ταύρους καὶ ὀρεῖς ἀδμήτους προβαλλομένους, ἀκινήτους κατακεῖσθαι, πρὸς δὲ τὸν εἰσηγμένον λέοντα ἐκθορήσαντας εἰς μάχην ἀπεῤῥίφθαι.

Videntur significari canes, quos Alexandro obtulit Sopithes vel Sophites Rex, cujus ditionem Strabo l. l. p. 1024 A ab aliis ait inter Hydaspem et Acesinem collocari, ab aliis vero, quorum sunt Diodorus et Curtius, trans Acesinem et Hydraotin. Cf. Droysen. l. l. p. 414. De canum illorum tum natura

tum Alexandro donatorum numero satis magna est inter scriptores discordia, quam in re parum gravi taedet referre. Vid. Strab. l. l. p. 1025 A. B; Diod. Sic. XVII. 92, Aelian. *de nat. anim.* VIII. 1, coll. IV. 19, Curt. IX. 1. 31 sqq. et Plin. *H. N.* VIII. 61, qui ejusmodi canem Alexandro Indiam petenti ab Albaniae Rege missum tradit.

XLI.

Plutarch. *de Alex. s. virt. s. fort.* II. 9. *Ἐν Μαλλοῖς τοξεύματι διπήχει διὰ τοῦ θώρακος εἰς τὸ στῆθος ὑπελάσας (Ἀλέξανδρος), ἔλαβε κατὰ τοῦ αὐχένος, ὡς Ἀριστόβουλος ἱστόρηκε.*

Non minus in his discrepant inter se historici, nec de vulnere ipso nec de gentis nomine consentientes. Et gentem quidem, ne de Justino dicam, qui XII. 9 de Ambris et Sugambris loquitur, longe plurimi *Oxydracas* appellant, Curtium puta IX. 4. 26, Aelian. *V. H.* III. 23, Appian. *B. C.* II. 152, Pausaniam II. 6. 2, Lucianum *D. M.* XIV, Steph. Byz. s. v. p. 219, 37, coll. Ptolem. Fragm. XXIII p. 64 sq. Praecellit his scriptoribus Strabo XV p. 1026 A, qui ut saepissime hoc libro Aristobulum auctorem laudat, vel tacite ejus vestigiis insistit, ita hic rursus *Mallos* memorans ejusdem auctoritate nititur. Plutarchus vero, qui interdum ejus mos est, sibi non constat. Quos enim l. l. et *Orat.* I. 2 (ubi *Μάλλωσι* corrigendum in *Μαλλοῖς*) cum Aristobulo *Mallos* dixit, inferius l. l. II. 13 *Oxydracas* vocat. Alibi rursus (*Vit. Alex.* LV s. f.) *ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις* vulneratum Alexandrum docet. Sed hic Charetis verba exprimit, cujus vide Fragm. XI. Charetem autem et quicunque oppidum Oxydracarum dixerunt, omnino falsos esse, apertum est ex Arrian. VI. 11. 3. *Ἐν Ὀξυδράκαις*, inquit, *τὸ πάθημα τοῦτο γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ ὁ πᾶς λόγος κατέχει· τὸ δὲ ἐν Μαλλοῖς, ἔθνει αὐτονόμῳ Ἰνδικῷ, ξυνέβη, καὶ ἥ τε πόλις Μαλλῶν ἦν καὶ οἱ βαλόντες Ἀλέξανδρον Μαλλοί· οἳ δὴ ἐγνώκεσαν μὲν ξυμμίξαντες τοῖς Ὀξυδράκαις οὕτω διαγωνίζεσθαι, ἔφθη δὲ διὰ τῆς ἀνύδρου ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐλάσας, πρίν τινα ὠφέλειαν αὐτοῖς παρὰ τῶν Ὀξυδρακῶν γενέσθαι, ἢ αὐτοὺς ἐκείνοις τι ἐπωφελῆσαι.*

Alterum quod dicebam dissensionis caput ad vulnus spectat, Alexandro inflictum : nam cervice sauciatum alii negarunt. Qua de re quum ad Ptolem. Fragm. XXII p. 45 sq. pluribus disputatum sit, hic iterum monere supersedeo. Id vero silentio non premendum, quod nec fugerit quemquam, fragmentum Aristobuli, quibus verbis nunc apud Plutarchum conceptum sit, stare nullo modo posse, Cetera genuina et satis similia verbis Arriani VI. 10. 1 : *Βάλλεται καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος τοξεύματι ὑπὲρ* (Cf. p. 45.) *τὸν μαστόν·* sed latet vitium in *ὑπελάσας*. Itaque quum Aristobulus alterum etiam vulnus memoraverit *κατὰ τοῦ αὐχένος* clava, *ὑπέρῳ*, illatum (vid. p. 1.) Wyttenbachius, ejectis vocibus *ὑπελάσας ἔλαβε*, e Plutarch. *Orat.* I. 2 *ὑπέρου δὲ πληγῇ* restituendum esse censuit, conjectura, si sententiam respicis, sane quam speciosa, qua potior nunc non suppetit. Ipsa tamen verba an expresserit Wyttenbachius dubito, in primis quod nec lacunae rationem habuit, quam post *στῆθος* Reiskius in Codice reperit, et verbum *ἔλαβε*, de accepta *πληγῇ* commode dictum, totum suppressit.

XLII.

Strabo XV p. 1026 B. *Ὑστάτης τῆς Πατταληνῆς (ἐκράτησεν Ἀλέξανδρος), ἣν ὁ Ἰνδὸς ποιεῖ, σχισθεὶς εἰς δύο προχοάς. Ἀριστόβουλος μὲν οὖν εἰς χιλίους σταδίους διέχειν ἀλλήλων φησὶν αὐτάς.*

Dicta est Pattalene ab urbe insigni Pattalis (Strab. l. l. p. 1026 C.), quod nomen toti regioni imponit Arrianus, tum alibi, tum V. 4. 1, ubi sic illam describit : *Δίστομός ἐστιν ὁ Ἰνδὸς, καὶ αἱ ἐκβολαὶ αὐτοῦ ἀμφότεραι τεναγώδεις, καθάπερ αἱ πέντε τοῦ Ἴστρου, καὶ Δέλτα ποιεῖ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, τῷ Αἰγύπτου Δέλτα παραπλήσιον· καὶ τοῦτο Πάτταλα καλεῖται τῇ Ἰνδῶν φωνῇ.* Cum his, ab Eustathio excerptis ad Dionys. Perieg. 1092 p. 282 ed. Pap., cff. Arrian. *Indic.* II. 5 sq. et Strabo p. 1011 C, 1026 C. *Pataliam* gentem Curtius vocat IX. 8. 28, ubi p. 864 sq. plura e recentioribus collegit Muetzellius. Insula Plinio VI. 23 appellatur *Pattale :* « Indus — et ipse undeviginti recipit amnes — amplissimam insulam efficiens, quae Prasiane nominatur : et aliam minorem, quae Pattale. »

Pliniana supplet Arrianus *Exp. Alex.* VI. 18. 2; sed in amnium numero Plinio adversatur Strabo p. 1025 C. Latitudo Pattalenae, quam Aristobulus 1000 stadiorum aestimavit, Nearcho 800 stadiis major comperta est, ut ad Aristobuli fragmentum monet Strabo. Illi tacite favet Arrianus VI. 20. 2 et proxime accedit Plinius l. l. Aestate a. 325 (cf. p. 103.) Pattalene insula potitus, Alexander portus ibi et navalia exstruxit. Vid. Arrian. l. l. 17. 2, 18. 2, 20. 5.

XLIII.

Arrian. VI. 22. 3 — 8. *Αὐτὸς* (*Ἀλέξανδρος*) *ξὺν τῇ στρατιᾷ τῇ πολλῇ — προὐχώρει ὡς ἐπὶ Γαδρωσοὺς, ἔρημον τὴν πολλήν. Καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ λέγει Ἀριστόβουλος σμύρνης πολλὰ δένδρα πεφυκέναι, μείζονα ἢ κατὰ τὴν ἄλλην σμύρναν· καὶ τοὺς Φοίνικας τοὺς κατ' ἐμπορίαν τῇ στρατιᾷ ξυνεπομένους, ξυλλέγοντας τὸ δάκρυον τῆς σμύρνης (πολὺ γὰρ εἶναι, οἷα δὴ ἐκ μεγάλων τε τῶν πρέμνων, καὶ οὔπω πρόσθεν ξυλλελεγμένον·) ἐμπλήσαντας τὰ ὑποζύγια ἄγειν. Ἔχειν δὲ τὴν ἔρημον ταύτην καὶ νάρδου ῥίζαν πολλήν τε καὶ εὔοσμον, καὶ ταύτην ξυλλέγειν τοὺς Φοίνικας· πολὺ δὲ εἶναι αὐτῆς τὸ καταπατούμενον πρὸς τῆς στρατιᾶς, καὶ ἀπὸ τοῦ πατουμένου ὀδμὴν ἡδεῖαν κατέχειν ἐπιπολὺ τῆς χώρας· τοσόνδε εἶναι τὸ πλῆθος. Εἶναι δὲ καὶ ἄλλα δένδρα ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὸ μέν τι δάφνῃ ἐοικὸς τὸ φύλλον, καὶ τοῦτο ἐν τοῖς προσκλυζομένοις τῇ θαλάσσῃ χωρίοις πεφυκέναι· καὶ ἀπολείπεσθαι μὲν τὰ δένδρα πρὸς τῆς ἀμπώτεως ἐπὶ ξηροῦ, ἐπελθόντος δὲ τοῦ ὕδατος, ἐν τῇ θαλάσσῃ πεφυκότα φαίνεσθαι· τῶν δὲ ἀεὶ τὰς ῥίζας τῇ θαλάσσῃ ἐπικλύζεσθαι, ὅσα ἐν κοίλοις χωρίοις ἐπεφύκει, ἔνθενπερ οὐχ ὑπενόστει τὸ ὕδωρ, καὶ ὅμως οὐ διαφθείρεσθαι τὸ δένδρον πρὸς τῆς θαλάσσης. Εἶναι δὲ τὰ δένδρα ταύτῃ πήχεων καὶ τριάκοντα ἔστιν ἃ αὐτῶν, τυχεῖν τε ἀνθοῦντα ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, καὶ τὸ ἄνθος εἶναι τῷ λευκῷ μάλιστα ἴῳ προσφερὲς, τὴν ὀδμὴν δὲ πολύ τι ὑπερφέρον. Καὶ ἄλλον εἶναι καυλὸν ἐκ γῆς πεφυκότα ἀκάνθης, καὶ τούτῳ ἐπεῖναι ἰσχυρὰν τὴν ἄκανθαν, ὥστε ἤδη τινῶν καὶ παριππευόντων ἐμπλακεῖσαν τῇ ἐσθῆτι, κατασπάσαι ἀπὸ τοῦ ἵππου μᾶλλόν τι τὸν ἱππέα, ἢ αὐτὴν ἀποσχισθῆναι ἀπὸ τοῦ καυλοῦ. Καὶ τῶν λαγωῶν λέγεται ὅτι παρα-*

θεόντων ἔχονται ἐν ταῖς θριξὶν αἱ ἄκανθαι, καὶ οὕτω τοι ἁλίσκονται οἱ λαγωοὶ, καθάπερ ὑπὸ ἰξοῦ αἱ ὄρνιθες, ἢ τοῖς ἀγκίστροις οἱ ἰχθύες· σιδήρῳ δὲ ὅτι διακοπῆναι οὐ χαλεπὴ ἦν, καὶ ὅπου ὅτι ἀνίει πολὺν ὁ καυλὸς, τῆς ἀκάνθης τεμνομένης, ἔτι πλείονα ἢ αἱ συκαῖ τοῦ ἦρος, καὶ δριμύτερον.

Textum fragmenti informavi totum ad recensionem Kruegeri, nisi quod hujus pag. v. 2 pro *ἁλίσκοιντο*, a Kruegero in *ἡλίσκοντο* mutata, cum Ellendtio substitui *ἁλίσκονται*.

Gedrosiae deserta transiit Alexander auctumno a. 325, ut e Nearcho Strabo refert XV p. 1051 B, pluribus ibidem de hac expeditione exponens, e quibus pauca depromam, quae ad Aristobuli locum pertinent eumque illustrandum conducunt. Est igitur Gedrosia, si Strabonem audis p. 1050 B, *ἀρωματοφόρος νάρδου μάλιστα καὶ σμύρνης, ὥστε τὴν Ἀλεξάνδρου στρατιὰν ὁδεύουσαν ἀντὶ ὀρόφου καὶ στρωμάτων τούτοις χρῆσθαι, εὐωδιαζομένην ἅμα καὶ ὑγιεινότερον τὸν ἀέρα ἔχουσαν παρὰ τοῦτο.* Quam autem plantam lauro similem quasque spinas Aristobulus intellexerit, apertum fit ex iis, quae monet Strabo p. 1052 C, atque ex communi fonte paulo plenius Theophrastus *Hist. Plant.* IV. 4. 13. *Ἦν δέ τι ὁμοῖον τῇ δάφνῃ φυτὸν*, ait Strabo, *οὗ τὸ γευσάμενον τῶν ὑποζυγίων ἀπέθνησκε μετὰ ἐπιληψίας καὶ ἀφροῦ. Ἄκανθα δὲ, τοὺς καρποὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἐστρωμένη, καθάπερ οἱ σίκυοι, πλήρης ἦν ὀποῦ. Τούτου δὲ ῥανίδες, ἐς ὀφθαλμὸν ἐμπεσοῦσαι, πᾶν ἀπετύφλουν ζῶον.* Apprime tandem cum his conveniunt Pliniana XII. 18.

XLIV.

Arrian. VI. 28. 3, 4. *Ἐκεῖνα Ἀριστοβούλῳ ἑπόμενος ξυγγράφω, θύσαι ἐν Καρμανίᾳ Ἀλέξανδρον χαριστήρια τῆς κατ' Ἰνδῶν νίκης, καὶ ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς, ὅτι ἀπεσώθη ἐκ Γαδρωσίων, καὶ ἀγῶνα διαθεῖναι μουσικόν τε καὶ γυμνικόν. Καταλέξαι δὲ καὶ Πευκέσταν ἐς τοὺς σωματοφύλακας, ἤδη ἐγνωκότα σατράπην καταστῆσαι τῆς Περσίδος, ἐθέλοντα δὲ πρὸ τῆς σατραπείας μηδὲ ταύτης τῆς τιμῆς καὶ πίστεως ἀπείρατον εἶναι, ἐπὶ τῷ ἐν Μαλλοῖς ἔργῳ. Εἶναι δὲ αὐτῷ ἑπτὰ εἰς τότε σωματοφύλακας, Λεοννάτον Ἀντέου, Ἡφαιστίωνα τὸν Ἀμύντορος, Λυσίμαχον Ἀγαθοκλέους, Ἀριστόνουν Πει-*

σαίου· τούτους μὲν Πελλαίους· Περδίκκαν δὲ Ὀρόντου, ἐκ τῆς Ὀρέστιδος· Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγου καὶ Πείθωνα Κρατεύα, Ἐορδαίους· ὄγδοον δὲ προσγενέσθαι αὐτοῖς Πευκέσταν, τὸν Ἀλέξανδρον ὑπερασπίσαντα.

De Alexandri comessationibus per Carmaniam cff. quos laudavi ad *Durid. Rell.* p. 95. Has exaggeratas quorundam scriptorum narrationes, Ptolemaei et Aristobuli testimoniis non firmatas, ut explodit l. l. Arrianus, ita unice credenda esse existimat, quae de iisdem festis Aristobulus memoriae prodidit. In quibus mirum est nullam fieri Nearchi mentionem, qui his ipsis diebus ad Carmaniam cum classe appulsus et Regis gaudium et festorum hilaritatem salvo suo adventu in primis auxerat, ut ex Nearcho ipso refert Arrianus *Indic.* XXXVI. 3. De *Σωματοφύλαξιν* Alexandri, quibus tum propter egregium in Mallis facinus additus est Peucestas, *Alexandri M. servator* (cf. annot. ad Ptolem. Fragm. XXIII p. 46). non est quod multis dicam. Pithon, (non Python, ut verbo monui ad Ptolem. Fragm. XXIV p. 47) male et in *Indic.* XVII. 6 *ὁ Κρατεᾶ* vocatur et h. l. dicebatur ante Ellendtium, qui recte rescripsit *ὁ Κρατεύα*, ut hodie est ap. Phot. *Bibl.* p. 69 a 14 ex emendatione Bekkeri. Sic *Κρατεύας* celebrata est Alexidis fabula, dicta a Crateua medico, et Crateuae serioris aetatis medici *ῥιζοτομικὰ* Plinio saepissime usui fuere aliisque. Cf. Meinekii *Hist. crit. comic.* p. 395 sq. Eundem significari puto a Schol. Theocr. *Idyll.* II. 48, V. 92, XI. 46. Semel *Κρατέας* datur medico nomen in *Anthol. Graec.* XI. 125. Contra Macedonibus *Κρατεύας* nomen est ap. Plutarch. *Amat.* XXIII, Diod. Sic. XIX. 50, Aelian. *V. H.* VIII. 9. Pithon denique, h. l. *Ἐορδαῖος* appellatus, *Indic.* XVIII. 6 *Ἀλκομενεὺς* dicitur, quem Arriani errorem jam tetigi p. 4.

XLV.

Arrian. VI. 29. 4 — 11. *Ἐλύπησεν αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) ἡ παρανομία ἡ ἐς τὸν Κύρου τοῦ Καμβύσου τάφον, ὅτι διορωρυγμένον τε καὶ σεσυλημένον κατέλαβε τοῦ Κύρου τὸν τάφον, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. Εἶναι γὰρ ἐν Πασαργάδαις ἐν τῷ παραδείσῳ τῷ βασιλικῷ Κύρου ἐκείνου τάφον, καὶ περὶ αὐτὸν*

ἄλσος πεφυτεῦσθαι δένδρων παντοίων, καὶ ὕδατι εἶναι κατάῤῥυτον, καὶ πόαν βαθεῖαν πεφυκέναι ἐν τῷ λειμῶνι. Καὶ αὐτὸν δὲ τὸν τάφον τὰ κάτω λίθου τετραπέδου ἐς τετράγωνον σχῆμα πεποιῆσθαι· ἄνωθεν δὲ οἴκημα ἐπεῖναι λίθινον ἐστεγασμένον, θυρίδα ἔχον φέρουσαν ἔσω στενὴν, ὡς μόλις ἂν ἑνὶ ἀνδρὶ οὐ μεγάλῳ πολλὰ κακοπαθοῦντι παρελθεῖν. Ἐν δὲ τῷ οἰκήματι πύελον χρυσῆν κεῖσθαι, ἵνα τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἐτέθαπτο, καὶ κλίνην παρὰ τῇ πυέλῳ. Πόδας δὲ εἶναι τῇ κλίνῃ χρυσοῦς σφυρηλάτους, καὶ τάπητα ἐπιβλημάτων Βαβυλωνίων, καὶ καυνάκας πορφυροῦς ὑποστρώματα· ἐπεῖναι δὲ καὶ κάνδυς καὶ ἄλλους χιτῶνας τῆς Βαβυλωνίου ἐργασίας. Καὶ ἀναξυρίδες Μηδικαὶ καὶ στολαὶ ὑακινθινοβαφεῖς λέγει ὅτι ἔκειντο, αἱ μὲν πορφύρας, αἱ δὲ ἄλλης καὶ ἄλλης χρόας· καὶ στρεπτοὶ, καὶ ἀκινάκαι, καὶ ἐνώτια χρυσοῦ τε καὶ λίθων κολλητά· καὶ τράπεζα ἔκειτο. Ἐν μέσῳ δὲ τῆς κλίνης ἡ πύελος ἔκειτο, ἡ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἔχουσα. Εἶναι δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου, πρὸς τῇ ἀναβάσει τῇ ἐπὶ τὸν τάφον φερούσῃ, οἴκημα σμικρὸν τοῖς Μάγοις πεποιημένον, οἳ δὴ ἐφύλασσον τὸν Κύρου τάφον, ἔτι ἀπὸ Καμβύσου τοῦ Κύρου, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενοι τὴν φυλακήν. Καὶ τούτοις πρόβατόν τε ἐς ἡμέραν ἐδίδοτο ἐκ βασιλέως, καὶ ἀλεύρων τε καὶ οἴνου τεταγμένα, καὶ ἵππος κατὰ μῆνα ἐς θυσίαν τῷ Κύρῳ. Ἐπεγέγραπτο δὲ ὁ τάφος Περσικοῖς γράμμασι. Ἐδήλου δὲ Περσιστὶ τάδε· Ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ Κῦρός εἰμι, ὁ Καμβύσου, ὁ τὴν ἀρχὴν Πέρσαις καταστησάμενος καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύσας. Μὴ οὖν φθονήσῃς μοι τοῦ μνήματος. Ἀλέξανδρος δὲ (ἐπιμελὲς γὰρ ἦν αὐτῷ, ὁπότε ἕλοι Πέρσας, παριέναι ἐς τοῦ Κύρου τὸν τάφον·) τὰ μὲν ἄλλα καταλαμβάνει ἐκπεφορημένα, πλὴν τῆς πυέλου καὶ τῆς κλίνης. Οἱ δὲ καὶ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἐλωβήσαντο, ἀφελόντες τὸ πῶμα τῆς πυέλου, καὶ τὸν νεκρὸν ἐξέβαλον· αὐτὴν δὲ τὴν πύελον ἐπειρῶντο εὔογκόν σφισι ποιήσασθαι, καὶ ταύτῃ εὔφορον, τὰ μὲν παρακόπτοντες, τὰ δὲ ξυνθλῶντες αὐτῆς· ὡς δὲ οὐ προὐχώρει αὐτοῖς τοῦτο τὸ ἔργον, οὕτω δὴ ἐάσαντες τὴν πύελον ἀπῆλθον. Καὶ λέγει Ἀριστόβουλος, αὐτὸς ταχθῆναι παρ' Ἀλεξάνδρου κοσμῆσαι ἐξ ὑπαρχῆς τῷ Κύρῳ τὸν τάφον. Καὶ τοῦ μὲν σώματος ὅσαπερ ἔτι σῶα ἦν, καταθεῖναι ἐς τὴν πύελον, καὶ τὸ πῶμα ἐπιθεῖναι· ὅσα δὲ λελώβητο αὐτῆς, κατορθῶσαι. Καὶ τὴν κλίνην ἐντεῖναι ταινίαις, καὶ τἆλλα ὅσα ἐς

κόσμον ἔκειτο, κατ' ἀριθμόν τε καὶ τοῖς πάλαι ὅμοια ἀποθεῖναι· καὶ τὴν θυρίδα δὲ ἀφανίσαι, τὰ μὲν αὐτῆς λίθῳ ἐνοικοδομήσαντα, τὰ δὲ πηλῷ ἐμπλάσαντα· καὶ ἐπιβαλεῖν τῷ πηλῷ τὸ σημεῖον τὸ βασιλικόν. Ἀλέξανδρος δὲ ξυλλαβὼν τοὺς Μάγους τοὺς φύλακας τοῦ τάφου ἐστρέβλωσεν, ὡς κατειπεῖν τοὺς δράσαντας. Οἱ δὲ οὐδὲν οὔτε σφῶν οὔτε ἄλλου κατεῖπον στρεβλούμενοι, οὐδὲ ἄλλῃ πῃ ξυνηλέγχοντο ξυνειδότες τῷ ἔργῳ. Καὶ ἐπὶ τῷδε ἀφείθησαν ἐξ Ἀλεξάνδρου.

Strabo XV p. 1061 A — 1062 A. *Εἶτ' εἰς Πασαργάδας (ὁ Ἀλέξανδρος) ἧκε. Καὶ τοῦτο δ' ἦν βασίλειον ἀρχαῖον. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν Κύρου τάφον εἶδεν ἐν παραδείσῳ, πύργον οὐ μέγαν, τῷ δάσει τῶν δένδρων ἐναποκεκρυμμένον, κάτω μὲν στερεὸν, ἄνω δὲ στέγην ἔχοντα καὶ σηκὸν, στενὴν τελέως ἔχοντα τὴν εἴσοδον· δι' ἧς παρελθεῖν εἴσω φησὶν* Ἀριστόβουλος, *κελεύσαντος τοῦ βασιλέως, καὶ κοσμῆσαι τὸν τάφον. Ἰδεῖν δὲ κλίνην τε χρυσῆν, καὶ τράπεζαν σὺν ἐκπώμασι, καὶ πύελον χρυσῆν, καὶ ἐσθῆτα πολλὴν, κόσμον τε λιθοκόλλητον. Κατὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην ἐπιδημίαν ταῦτ' ἰδεῖν· ὕστερον δὲ συληθῆναι, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐκκομισθῆναι, τὴν δὲ κλίνην θραυσθῆναι μόνον καὶ τὴν πύελον, μεταθέντων τὸν νεκρόν· δι' οὗ δῆλον γενέσθαι, διότι προνομευτῶν ἔργον ἦν, οὐχὶ τοῦ σατράπου, καταλιπόντων ἃ μὴ δυνατὸν ἦν ῥᾳδίως ἐκκομίσαι. Συμβῆναι δὲ ταῦτα, καίπερ φυλακῆς περικειμένης Μάγων, σίτισιν λαμβανόντων καθ' ἡμέραν πρόβατον, διὰ μηνὸς δ' ἵππον. Ἀλλ' ὁ ἐκτοπισμὸς τῆς Ἀλεξάνδρου στρατιᾶς εἰς Βάκτρα καὶ Ἰνδοὺς πολλά τε ἄλλα νεωτερισθῆναι παρεσκεύασε, καὶ δὴ καὶ τοῦθ' ἓν τῶν νεωτερισθέντων ὑπῆρξεν. Οὕτω μὲν οὖν ὁ* Ἀριστόβουλος *εἴρηκε, καὶ τὸ ἐπίγραμμα δὲ ἀπομνημονεύει τοῦτο·* Ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ Κῦρος εἰμὶ, ὁ τὴν ἀρχὴν τοῖς Πέρσαις κτησάμενος καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύς. Μὴ οὖν φθονήσῃς μοι τοῦ μνήματος.

Neutrius excerpti ita jam purgata mendis videtur lectio, quin hic atque illic emendatione egeat. Quid recte, quid secus scribi censeam, deinceps notabo. Ut igitur mittam leviora, nolui cum Schmiedero et Kruegero v. 17 expungere

verbum *λέγει*, quum in uno tantum codice desideretur, nec cum Ellendtio uncis includere, qui recte comparavit similem Arriani orationem VII. 3. 2. In iis quae mox sequuntur *αἱ μὲν πορφύρας, αἱ δὲ ἄλλ. κ. ἄλλ. χρόας*, voculam *μὲν* pro *δὲ* jure restituit Ellendtius, sed nulla de causa voculas *καὶ ἄλλης* tacite exterminavit. Idem pro *πορφύρας* quaerit, num forte scriptum oportuerit *πορφυραῖ*. Neutrum probo. Praeferam *πορφυρᾶς*, ut ad *χρόας* referatur. In epigrammate quod legitur *καταστησάμενος*, ne sollicita. Kruegerus proposuit *κατακτησάμενος*. Ellendtio non minus placebat *κτησάμενος*, quod commendatur Strabonis excerpto, unde profecit Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 1069 p. 280, et a Plutarch. *Vit. Alex.* LXIX. Equidem hoc ferri posse omnino putaverim, praeferri non jusserim. Facilior etiam est, verbi *καταστησάμενος* per compendium scripti in *κτησάμενος* depravatio, quam contra. Eodem sensu Cyrus ap. Strab. p. 1069 A dicitur *ὁ εἰς τὴν ἡγεμονίαν καταστήσας Πέρσας*. Porro v. 35 Aoristus *ἐξέβαλον* pro Impf. unice vera est Ellendtii emendatio. Tandem v. antep. recepi ante *οὔτε σφῶν* codicum Gronovii omnium lectionem *οὐδὲν*, probatam Ellendtio et Kruegero, quorum hic sane quam probabiliter v. penult. legendum esse conjecit *ἐξηλέγχοντο*. Praepositio *ξὺν* ex sequenti *ξυνειδότες* orta esse videtur. Nec verbo *ξυνηλέγχειν* Arrianus, quantum equidem scio, alibi usquam usus est; sed *ἐξηλέγχειν* saepius apud eum legitur, v. c. III. 26. 2 (Fragm. Ptolem. XI p. 33.) et VI. 27. 5, ubi : *Ἡράκων τότε μὲν ἀφείθη τῆς αἰτίας· ὀλίγον δὲ ὕστερον ἐξελεγχθεὶς — ἔδωκε δίκην*. Haec de Arriano.

In Strabonis excerpto vix dubito quin verba *στέγην τελέως ἔχοντα τὴν εἴσοδον* corrupta sint e praecedentibus *στέγην ἔχοντα*. Deleto altero *ἔχοντα* malim *στενὸν τελέως τὴν εἴσοδον*. In seqq. Casaubonus legi voluit, *καὶ τὴν πύελον μεταθέντων· τὸν νεκρὸν δ' οὔ,* (intellige *ἐκκομισθῆναι*) *ὡς δῆλον κ. τ. λ.* Frustra, licet *δ' οὔ* habeant codices. *Πύελον* non tantum *loco motam*, sed ipsam quoque *effractam* fuisse (*θραυσθῆναι*) patet ex Arriano : *Τὸν νεκρὸν ἐξέβαλον, αὐτὴν δε τὴν πύελον ἐπειρῶντο εὔογκόν σφισι ποιήσασθαι, καὶ ταύτῃ εὔφορον, τὰ μὲν παρακόπτοντες, τὰ δὲ ξυνθλῶντες αὐτῆς*. Quid? quod

ridiculum sit ex eo, quod cadaver sublatum non esset, argumentari, facinus non a satrapa perpetratum esse, sed a praedonibus, relinquentibus quae non facile possent asportari. Recte vero animadvertit idem, si nihil desit, nimis festinasse Strabonem, quum scriberet *διὰ μηνὸς δ' ἵππον*, quasi equinis carnibus vesci solerent Magi. Utique enim Straboni addendum erat, ut est apud Arrianum, *ἐς θυσίαν τῷ Κύρῳ*. Verum aliqua excidisse sequentia etiam comprobant: nam quae nunc leguntur: *Ἀλλ' ὁ ἐκτοπισμὸς — ὑπῆρξεν*, iis quid significetur nemo facile perspexerit. Saltem ad Magorum *σίτισιν* nequeunt referri; nec violatio sepulcri rerum innovatio dicenda. Denique vitiosa est sepulcri inscriptio. Nam si etiam ante *Πέρσαις* articulum, quem Plutarcho et Arriano ignoratum Eustathius servavit, remotum nolis, at *βασιλεὺς* tamen corruptum et restituendum est *βασιλεύσας*, quod vel Eustathius tuetur; neque omittendum *ὁ Καμβύσου*.

Ceterum de hujus Cyri sepulcri, de quo paucis absolvit Muellerus, *Archaeol. d. Kunst* § 245, inscriptione alia ex Onesicrito apponit Strabo l. l. p. 1062 B, alia ex *Aristo Salaminio*; quae referre nil attinet. Cujus enim potiorem fidem existimemus quam ejus, qui, quae scripsit, non fama acceperat, sed oculis ipse suis lustraverat? Neque est quod Plutarchum curemus, ubi, alium ducem secutus, Pellaeum Polymachum facinoris auctorem deprehensum poenas luisse narrat. Arrianus l. l. 30. 1 Orxinem, Persarum satrapam, accusatum refert et supplicio affectum, *ἱερά τε ὅτι σεσύληκε καὶ ταφοὺς βασιλικοὺς, καὶ Περσῶν πολλοὺς ὅτι οὐ ξὺν δίκῃ ἀπέκτεινε*, manifesto Cyri sepulcrum respiciens; sed falso id Orxini imputatum fuisse Curtius asserit X. 1. 33 sqq., negatque apud Strabonem Aristobulus, e lectica solioque, quamvis aureis, non surreptis jure efficiens, *ὅτι προνομευτῶν* (cf. Droysen. p. 490.) *ἔργον ἦν, οὐχὶ τοῦ Σατράπου, καταλιπόντων ἃ μὴ δυνατὸν ἦν ῥᾳδίως ἐκκομίσαι.* Acciderunt autem haec sub finem a. 325, quum sexennio ante, exeunte a. 331 (Plutarch. l. l. XXXVII.) Alexander primum Pasargadas venisset et Cyri sepulcrum inspexisset.

XLVI.

Arrian. VII. 4. 4. (*Ἀλέξανδρος*) *καὶ γάμους ἐποίησεν ἐν Σούσοις ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἑταίρων. Αὐτὸς μὲν τῶν Δαρείου θυγατέρων τὴν πρεσβυτάτην Βαρσίνην ἠγάγετο· ὡς δὲ λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ ἄλλην πρὸς ταύτῃ, τῶν Ὤχου θυγατέρων τὴν νεωτάτην, Παρύσατιν. Ἤδη δὲ ἦν αὐτῷ ἠγμένη καὶ ἡ Ὀξυάρτου τοῦ Βακτρίου παῖς, Ῥωξάνη.*

Nuptiarum, quas a. 324 Alexander Susis magna solennitate celebravit, ampla exstat Charetis descriptio, cujus vide Fragm. XVII. *Barsinen* illam, Darii filiam natu majorem, unus Arrianus hoc nomine appellat, ceteri omnes *Statiram* vocant: Plutarch. *Vit. Alex.* LXX, *Orat. de Alex.* II. 6, Diod. Sic. XVII. 107, Memnon ap. Phot. *Bibl.* p. 224 a 26, Curtius IV. 5. 1, Justin. XII. 10. Tantum *Ἀρσινόην* apud Arrianum Photius legisse videtur, p. 68 b 7. E quo scriptorum consensu est quod conjicias, errare Arrianum, commutata Darii filia cum vidua Mentoris, quam Barsinen dictam Alexander uxoris loco habuit, teste Aristobulo Fragm. X p. 77, ubi vide annot. Litem aliter dirimit Droysenus p. 497, Darii filiam, quum Persis diceretur Statira, nuptam Alexandro, *Graecum* (quod vellem probasset) Barsines s. Arsinoës nomen sumpsisse putans. Pariter de Parysati, Ochi s. Artaxerxis, qui ante Darium Persis regnavit, filia, capta una cum Darii matre et sororibus (Curt. III. 13. 12.), alibi nihil quidquam scriptum reperio. Nec tamen hanc qui ab Alexandro non ductam esse, sed pro uxore habitam conjiciat, probabile quid conjicere videtur: hoc enim disertum est ipsius Aristobuli l. l. de Alexandro testimonium: *Οὐκ ἄλλην ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου, πλὴν Βαρσίνης.* Alia res est de Roxane, *καλλίστῃ τῶν Ἀσιανῶν γυναικῶν*, cujus visae amore ita captus est Alexander, ut statim sibi matrimonio jungeret; quod quatuor annis ante acciderat, verno tempore a. 328. Vide Arrian. IV. 19. 5; Plutarch. *Vit. Alex.* XLVII, *Orat.* I. 11, II. 6; Curt. VIII. 4. 23 sqq., alios. Mortuo Alexandro, Statiram Roxane veneno necavit; quod commemorat Plutarch. *Vit. Alex.* LXXVII.

XLVII.

Arrian. VII. 16. 5—7, 17. *Ἀλέξανδρος, ὡς τὸν Τίγρητα ποταμὸν ξὺν τῇ στρατιᾷ διέβη, ἐλαύνων ἐπὶ Βαβυλῶνος, ἐνταῦθα ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ Χαλδαίων οἱ λόγιοι, καὶ ἀπαγαγόντες ἀπὸ τῶν ἑταίρων, ἐδέοντο ἐπισχεῖν τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ἔλασιν. Λόγιον γὰρ γεγονέναι σφίσιν ἐκ τοῦ θεοῦ τοῦ Βήλου, μὴ πρὸς ἀγαθοῦ οἱ εἶναι τὴν πάροδον τὴν ἐς Βαβυλῶνα ἐν τῷ τότε. Τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς λόγον τοῦ Εὐριπίδου τοῦ ποιητοῦ ἔπος· ἔχει δὲ τὸ ἔπος Εὐριπίδῃ ὧδε· Μάντις δ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς. «Σὺ δέ, ὦ βασιλεῦ, ἔφασαν οἱ Χαλδαῖοι, μὴ πρὸς δυσμὰς ἀφορῶν αὐτός, μηδὲ τὴν στρατιὰν ταύτῃ ἐπέχουσαν ἄγων παρελθεῖν· ἀλλὰ ἐκπεριελθὼν πρὸς ἕω μᾶλλον.» Τῷ δὲ οὐδὲ τοῦτο εὐμαρὲς διὰ δυσχωρίαν ξυνέβη. — Ἦν δέ τι καὶ ὕποπτον αὐτῷ ἐς τοὺς Χαλδαίους, ὡς οὐ κατὰ μαντείαν τι μᾶλλον ἢ ἐς ὠφέλειαν τὴν αὐτῶν φέροι αὐτοῖς ἡ κώλυσις τῆς Ἀλεξάνδρου ἐς Βαβυλῶνα ἐν τῷ τότε ἐλάσεως. Ὁ γὰρ τοῦ Βήλου νεὼς ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἦν τῶν Βαβυλωνίων, μεγέθει τε μέγιστος καὶ ἐκ πλίνθου ὀπτῆς ἐν ἀσφάλτῳ ἡρμοσμένης. Τοῦτον τὸν νεών, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ἱερὰ τὰ Βαβυλωνίων, Ξέρξης κατέσκαψεν, ὅτε ἐκ τῆς Ἑλλάδος ὀπίσω ἀπενόστησεν· Ἀλέξανδρος δὲ ἐν νῷ εἶχεν ἀνοικοδομεῖν· οἱ μὲν λέγουσιν, ὅτι ἐπὶ τοῖς θεμελίοις τοῖς πρόσθεν, καὶ τούτου ἕνεκα τὸν χοῦν ἐκφέρειν ἐκέλευε τοὺς Βαβυλωνίους, οἱ δὲ ὅτι καὶ μείζονα ἔτι τοῦ πάλαι ὄντος. Ἐπεὶ δὲ ἀποστάντος αὐτοῦ μαλθακῶς ἀνθήψαντο τοῦ ἔργου, οἷς ταῦτα ἐπετέτραπτο, ὁ δὲ* (l. *ὅδε*) *τῇ στρατιᾷ πάσῃ ἐπενόει τὸ ἔργον ἐργάσασθαι. Εἶναι δὲ τῷ θεῷ τῷ Βήλῳ πολλὴν μὲν τὴν χώραν ἀνειμένην ἐκ τῶν Ἀσσυρίων βασιλέων, πολὺν δὲ χρυσόν. Καὶ ἀπὸ τοῦ πάλαι μὲν τὸν νεὼν ἐπισκευάζεσθαι καὶ τὰς θυσίας τῷ θεῷ θύεσθαι· τότε δὲ τοὺς Χαλδαίους τὰ τοῦ θεοῦ νέμεσθαι, οὐκ ὄντος ἐς ὅ τι ἀναλωθήσεται τὰ περιγιγνόμενα. Τούτων δὴ εἵνεκα ὕποπτοι Ἀλεξάνδρῳ ἦσαν, οὐκ ἐθέλειν παρελθεῖν εἴσω Βαβυλῶνος Ἀλέξανδρον, ὡς μὴ δι' ὀλίγου τὸν νεὼν ἐπιτελεσθέντα ἀφελέσθαι αὐτοὺς τὰς ἐκ τῶν χρημάτων ὠφελείας. Ὅμως δὲ τά γε τῆς ἐπιστροφῆς τῆς κατὰ τὴν εἴσοδον τὴν ἐς τὴν πόλιν ἐθελῆσαι αὐτοῖς πεισθῆναι λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ τῇ πρώτῃ μὲν παρὰ τὸν ποταμὸν*

τὸν Εὐφράτην καταστρατοπεδεῦσαι· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν, ἐν δεξιᾷ ἔχοντα τὸν ποταμὸν, παρ' αὐτὸν πορεύεσθαι, ἐθέλοντα ὑπερβάλλειν τῆς πόλεως τὸ μέρος τὸ ἐς δυσμὰς τετραμμένον, ὡς ταύτῃ ἐπιστρέψαντα πρὸς ἕω ἄγειν· ἀλλὰ οὐ γὰρ δυνηθῆναι ὑπὸ δυσχωρίας οὕτως ἐλάσαι ξὺν τῇ στρατιᾷ, ὅτι τὰ ἀπὸ δυσμῶν τῆς πόλεως εἰσιόντι, εἰ ταύτῃ πρὸς ἕω ἐπέστρεφεν, ἑλώδη τε καὶ τεναγώδη ἦν. Καὶ οὕτω καὶ ἑκόντα καὶ ἄκοντα ἀπειθῆσαι τῷ θεῷ.

Non sejungenda ratus, quae arcte cohaerent, priorem etiam narrationis partem Aristobulo vindicavi. Omnium qui de hoc Chaldaeorum monitu retulerunt, summatim rem exponens Appianus *B. C.* II. 153, optime cum Aristobulo concinit, et ita quidem, ut ex hoc fonte manasse ejus oratio videatur. Digna saltem est, cui locum cedamus. *Ἐπανιόντα*, inquit, *ἐξ Ἰνδῶν ἐς Βαβυλῶνα μετὰ τοῦ στρατοῦ, καὶ πλησιάζοντα ἤδη, παρεκάλουν οἱ Χαλδαῖοι τὴν εἴσοδον ἐπισχεῖν ἐν τῷ παρόντι. Τοῦ δὲ τὸ ἰαμβεῖον εἰπόντος ὅτι· Μάντις* (intexe δ') *ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς, δεύτερα γοῦν οἱ Χαλδαῖοι παρεκάλουν, μὴ ἐς δύσιν ὁρῶντα μετὰ τῆς στρατιᾶς ἐσελθεῖν, ἀλλὰ περιοδεῦσαι, καὶ τὴν πόλιν λαβεῖν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. Ὁ δ' ἐς τοῦτο μὲν ἐνδοῦναι λέγεται, καὶ ἐπιχειρῆσαι περιοδεῦσαι· λίμνῃ δὲ καὶ ἕλει δυσχεραίνων, καταφρονῆσαι καὶ τοῦ δευτέρου μαντεύματος, καὶ ἐσελθεῖν ἐς δύσιν ὁρῶν.* At non hausit ex Aristobulo Plutarchus l. l. LXXIII, non hausit Diodorus XVII. 112. Illi dicuntur non ipsi Chaldaei, sed ab his monitus Nearchus rem ad Alexandrum detulisse, quem tum quidem aspernatum vatum consilium, brevi post, quum alia ipsi portenta obvenissent, facti poenituisset. Diodorus quoque Nearchum facit denuntiatorem praesagii, addens dixisse Chaldaeos, effugi posse periculum, *ἐὰν ἀναστήσῃ τὸν καθῃρημένον ὑπὸ Περσῶν τοῦ Βήλου τάφον, καὶ τὴν βεβουλευμένην ὁδὸν ἐπιστήσας παρέλθῃ τὴν πόλιν.* Regem nuntio perculsum paruisse primum, sed Graecorum philosophorum, in primis Anaxarchi, consilio obtemperantem, mox contempto vaticinio urbem cum copiis ingressum esse. Eadem est, in reliquis aliam famam secuti, Justini narratio XII. 13.

Paucis item de Jovis Beli sepulcri atque delubri historia absolvam. Accurata ejus est descriptio apud Herod. I. 181, laudatum jam ab Eustathio ad Dionys. Perieg. 1005 sqq.

p. 274, et ap. Diod. Sic. II. 9. Cff. Intpp. ad Aelian. *V. H.* XIII. 13, Baehrius ad *Ctes. fragm.* p. 154 sq. et Muellerus in opere, quod inscripsit *Archaeol. d. Kunst* § 236. Xerxes ut e Graecia redux antiquum illud Beli monumentum sacrilegio violavit (Herod. I. 183.), ita etiam perfodit (Aelian. l. l.) vel potius destruxit totum; quod et h. l. Aristobulus affirmat et ex eodem, ut quidem videtur, Strabo XVI p. 1073 B : *Ἔστι δὲ καὶ ὁ Βήλου τάφος, νῦν μὲν κατεσκαμμένος, Ξέρξης δ᾽ αὐτὸν κατεσπάσεν, ὥς φασιν,* ubi iterato verbo *κατασκάπτειν,* quod Arrianus quoque retinuit, pro *κατέσπασεν* legerim *κατέσκαψεν.* Jam statim postquam Babylonem primum venisset, Alexandrum templi restaurandi consilium iniisse constat ex Arrian. III. 16. 14; sed quum multi esset res negotii, perficere non potuit, ut diserte Strabo docere pergit, cujus verba quia mihi quidem vehementer redolere Aristobulum videntur, cum Arriani certe excerpto commode possunt conferri, integra adscribere haud taedet. *Ἦν δὲ πυραμὶς,* inquit, *τετράγωνος ἐξ ὀπτῆς πλίνθου, καὶ αὐτὴ σταδιαία τὸ ὕψος, σταδιαία δὲ καὶ ἑκάστη τῶν πλευρῶν· ἣν Ἀλέξανδρος ἐβούλετο ἀνασκευάσαι. Πολὺ δ᾽ ἦν ἔργον καὶ πολλοῦ χρόνου (αὐτὴ γὰρ ἡ χοῦς εἰς ἀνακάθαρσιν μυρίοις ἀνδράσι δυοῖν μηνῶν ἔργον ἦν) ὥστ᾽ οὐκ ἔφθη τὸ ἐγχειρηθὲν ἐπιτελέσαι· παραχρῆμα γὰρ ἡ νόσος καὶ ἡ τελευτὴ συνέπεσε τῷ βασιλεῖ.* Quae vero his addit Strabo : *τῶν δ᾽ ὕστερον οὐδεὶς ἐφρόντισεν,* ita accipiam, ut antiquis fundamentis nemo vastum aedificium restaurandum curaverit : nam postea novam resurrexisse Beli aedem, non obscurum est e Plinio (VI. 30.), de Babylone testante : « Durat adhuc ibi Jovis Beli templum. »

XLVIII.

Arrian. VII. 18. 1 — 5. *Καὶ τοιόνδε τινὰ λόγον Ἀριστόβουλος ἀναγέγραφεν. Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀμφιπολίτην, τῶν ἑταίρων τῶν Ἀλεξάνδρου, στρατηγὸν τῆς στρατιᾶς, ἣν παρὰ Μαζαίῳ τῷ Βαβυλῶνος σατράπῃ ἀπέλιπεν Ἀλέξανδρος, ἐπειδὴ συνέμιξεν ἐπανιόντι αὐτῷ ἐξ Ἰνδῶν, ὁρῶντα πικρῶς τιμωρούμενον τοὺς σατράπας, ὅσοι ἐπ᾽ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ χώρᾳ τεταγμένοι ἦσαν, ἐπιστεῖλαι Πειθαγόρᾳ τῷ ἀδελφῷ (μάντιν γὰρ εἶναι τὸν*

Πειθαγόραν τῆς ἀπὸ σπλάγχνων μαντείας) *μαντεύσασθαι καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τῆς σωτηρίας. Ἀντεπιστεῖλαι δὲ αὐτῷ Πειθαγόραν, πυνθανόμενον, τίνα μάλιστα φοβούμενος χρήσασθαι ἐθέλοι τῇ μαντείᾳ. Τὸν δὲ γράψαι αὖθις, ὅτι τόν τε βασιλέα αὐτὸν καὶ Ἡφαιστίωνα. Θύεσθαι δὴ τὸν Πειθαγόραν πρῶτα μὲν ἐπὶ τῷ Ἡφαιστίωνι· ὡς δὲ ἐπὶ τοῦ ἥπατος τοῦ ἱερείου ὁ λοβὸς ἀφανὴς ἦν, οὕτω δὴ ἐγγράψαντα καὶ κατασημηνάμενον τὸ γραμμάτιον, πέμψαι παρὰ τὸν Ἀπολλόδωρον ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Ἐκβάτανα, δηλοῦντα μηδέν τι δεδιέναι Ἡφαιστίωνα· ἔσεσθαι γὰρ αὐτοῖς ὀλίγου χρόνου ἐκποδών. Καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν λέγει* Ἀριστόβουλος *κομίσασθαι Ἀπολλόδωρον μιᾷ πρόσθεν ἡμέρᾳ, ἢ τελευτῆσαι Ἡφαιστίωνα. Αὖθις δὲ θύεσθαι τὸν Πειθαγόραν ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ γενέσθαι καὶ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ ἄλοβον τὸ ἧπαρ τοῦ ἱερείου· καὶ Πειθαγόραν τὰ αὐτὰ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου γράψαι Ἀπολλοδώρῳ. Ἀπολλόδωρον δὲ οὐ κατασιωπῆσαι, ἀλλὰ φράσαι γὰρ πρὸς Ἀλέξανδρον τὰ ἐπεσταλμένα, ὡς εὔνοιαν μᾶλλόν τι ἐπιδειξόμενον τῷ βασιλεῖ, εἰ φυλάττεσθαι παραινέσειε, μή τις αὐτῷ κίνδυνος ἐν τῷ τότε ξυμπέσοι. Καὶ Ἀπολλόδωρόν τε λέγει ὅτι Ἀλέξανδρος ἐπήνεσε, καὶ τὸν Πειθαγόραν, ἐπειδὴ παρῆλθεν ἐς Βαβυλῶνα, ἤρετο, ὅτου γενομένου αὐτῷ σημείου ταῦτα ἐπέστειλε πρὸς τὸν ἀδελφόν· τὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἄλοβόν οἱ τὸ ἧπαρ ἐγένετο τοῦ ἱερείου· ἐρομένου δὲ, ὅ τι νοοῖ τὸ σημεῖον, μέγα εἰπεῖν εἶναι χαλεπόν. Ἀλέξανδρον δὲ τοσούτου δεῆσαι χαλεπῆναι τῷ Πειθαγόρᾳ, ὡς καὶ δι' ἐπιμελείας ἔχειν αὐτὸν πλείονος, ὅτι ἀδόλως τὴν ἀλήθειάν οἱ ἔφρασε. Ταῦτα αὐτὸς* Ἀριστόβουλος *λέγει παρὰ Πειθαγόρου πυθέσθαι. Καὶ Περδίκκᾳ δὲ μαντεύσασθαι αὐτὸν λέγει, καὶ Ἀντιγόνῳ χρόνῳ ὕστερον· καὶ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἀμφοῖν γενομένου, Περδίκκαν τε ἐπὶ Πτολεμαῖον στρατεύσαντα ἀποθανεῖν, καὶ Ἀντίγονον ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Σέλευκον καὶ Λυσίμαχον τῇ ἐν Ἰψῷ γενομένῃ.*

Jam iterum cum Aristobulo Appianus c. 152 tam amice conspirat, ut dubitari vix possit, quin sua ex uno illo hauserit, qui ea ab ipso Pithagora acceperat. Sic enim Appianus: *Πειθαγόρας ὁ μάντις Ἀπολλοδώρῳ, δεδοικότι Ἀλέξανδρόν τε καὶ Ἡφαιστίωνα, θυόμενος εἶπε, μὴ δεδιέναι· ἐκποδὼν γὰρ ἀμφοτέρους αὐτίκα ἔσεσθαι. Καὶ τελευτήσαντος εὐθὺς Ἡφαιστίωνος, ὁ Ἀπολλόδωρος ἔδεισε, μή τις ἐπιβουλὴ γένοιτο*

κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐξήνεγκεν αὐτῷ τὰ μαντεύματα. Ὁ δὲ ἐπεμειδίασε, καὶ Πειθαγόραν αὐτὸν ἤρετο, ὅ τι λέγοι τὸ σημεῖον. Τοῦ δὲ εἰπόντος, ὅτι τὰ ὕστατα λέγει, αὖθις ἐπεμειδίασε, καὶ ἐπήνεσεν ὅμως Ἀπολλόδωρόν τε τῆς εὐνοίας καὶ τὸν μάντιν τῆς παῤῥησίας. Meminit, nescio quo auctore, ejusdem rei Plutarch. l. l., sed paulo aliter exponit, quum Alexandrum dicat, simulac praesagium ipsi indicatum esset, non continuo quid indicaret rogasse, sed sponte exclamasse: *Παπαί, ἰσχυρὸν τὸ σημεῖον.* Scribitur ibi vatis nomen *Πυθαγόρας*, quae etiam aliquot Appiani codicum depravata est scriptura. Eandem corruptelam observavimus in voce *Πείθων* ad Ptolem. Fragm. XXIV p. 47. De Pithagorae fratre Apollodoro mentio fit apud Arrian. III. 16. 4, Diod. Sic. XVII. 64 et Curt. V. 1. 43. Hinc discimus, Praetura Babyloniae illum ornatum fuisse a. 331.

De lectione fragmenti haec pauca moneam, me v. 17 *ταύτην* et v. antep. post *Περδίκκαν* pro *μὲν* dedisse *τε*, utrumque ex edd. vett. et 4 Mss. Gronov., v. 35 *αὐτὸν* pro vulg. *αὐτῷ*. Praeterea v. 20 sq. verba *καὶ γενέσθαι καὶ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ* cum Kruegero recepi e Gramm. Bekk. I p. 177, 6, quum minus placeret Ellendtii conjectura *καὶ ἄλ. γεν. τὸ ἧπ. τ. ἱερ.* Tandem v. 30 Optat. *νοοῖ* pro Indic. *νοεῖ* debetur Ellendtio, quem vide p. 427.

XLIX.

Arrian. VII. 19. 3—5. *Κατέλαβεν (Ἀλέξανδρος) ἐν Βαβυλῶνι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ τὸ ναυτικὸν, τὸ μὲν κατὰ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἀναπεπλευκὸς ἀπὸ θαλάσσης τῆς Περσικῆς, ὅ τι περ ξὺν Νεάρχῳ ἦν· τὸ δὲ ἐκ Φοινίκης ἀνακεκομισμένον, πεντήρεις μὲν δύο τῶν ἐκ Φοινίκων, τετρήρεις δὲ τρεῖς, τριήρεις δὲ δώδεκα, τριακοντόρους δὲ ἐς τριάκοντα. Ταύτας ξυντμηθείσας κομισθῆναι ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἐκ Φοινίκης ἐς Θάψακον πόλιν· ἐκεῖ δὲ ξυμπηχθείσας, αὖθις καταπλεῦσαι ἐς Βαβυλῶνα. Λέγει δὲ, ὅτι καὶ ἄλλος αὐτῷ ἐναυπηγεῖτο στόλος, τέμνοντι τὰς κυπαρίσσους τὰς ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ· τούτων γὰρ μόνων τῶν δένδρων εὐπορίαν εἶναι ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων, τῶν δὲ ἄλλων, ὅσα ἐς ναυπηγίαν, ἀπο-*

ρως ἔχειν τὴν γῆν ταύτην. Πληρώματα δὲ ἐς τὰς ναῦς καὶ τὰς ἄλλας ὑπηρεσίας πορφυρέων τε πλῆθος καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι ἐργάται τῆς θαλάσσης, ἀφῖχθαι αὐτῷ ἐκ Φοινίκης τε καὶ τῆς ἄλλης παραλίας. Λιμένα τε ὅτι πρὸς Βαβυλῶνα ἐποίει ὀρυκτὸν, ὅσον χιλίαις ναυσὶ μακραῖς ὅρμον εἶναι, καὶ νεωσοίκους ἐπὶ τοῦ λιμένος. Καὶ Μίκκαλος ὁ Κλαζομένιος μετὰ πεντακοσίων ταλάντων ἐπὶ Φοινίκης τε καὶ Συρίας ἐστέλλετο, τοὺς μὲν μισθῷ πείσων, τοὺς δὲ καὶ ὠνησόμενος, ὅσοι θαλάσσιοι ἄνθρωποι. Τήν τε γὰρ παραλίαν τὴν πρὸς τῷ κόλπῳ τῷ Περσικῷ κατοικίζειν ἐπενόει, καὶ τὰς νήσους τὰς ταύτῃ· ἐδόκει γὰρ αὐτῷ οὐ μεῖον Φοινίκης εὐδαίμων ἡ χώρα αὕτη γενέσθαι.

Strabo XVI p. 1076 B. (*Φησὶν Ἀριστόβουλος Ἀλέξανδρον*) *στόλους καὶ ὁρμητήρια ἤδη κατεσκευάσθαι, καὶ πλοῖα, τὰ μὲν ἐν Φοινίκῃ τε καὶ Κύπρῳ ναυπηγησάμενον διάλυτά τε καὶ γομφωτὰ, ἃ κομισθέντα εἰς Θάψακον, σταδίοις ἑπτὰ, εἶτα τῷ ποταμῷ καταχομισθῆναι μέχρι Βαβυλῶνος· τὰ δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ συμπηξάμενον τῶν ἐν τοῖς ἄλσεσι καὶ τοῖς παραδείσοις κυπαρίττων. Σπάνις γὰρ ὕλης ἐνταῦθα· ἐν δὲ Κοσσαίοις καὶ ἄλλοις τισὶ μετρία τίς ἐστιν εὐπορία.*

Hunc apparatum navalem strictim attingit Plutarchus l. l. LXVIII: *Πλοῖα παντοδαπὰ περὶ Θάψακον ἐπήγνυτο, καὶ συνήγοντο ναῦται καὶ κυβερνῆται πανταχόθεν.* Distabat Thapsacus, ad quam urbem Euphrates trajici et poterat facillime et solebat adeo, stadia 4800 Babylone, ut computavit Eratosthenes, teste Strabone II p. 130 C sqq. et XVI p. 1083 A. Cff. l. l. Droysen. p. 218 et v. d. Chys p. 44. Ad Phoenices, peritissimos tum nautas tum navium architectos, Alexandrum in rei nauticae penuria saepe confugisse, ex non uno Arriani loco constat; quem si adis II. 20. 3, 7; 21. 1; III. 6. 3; VI. 1. 6, ubivis Phoenicibus junctos videas Cyprios, nostro loco omissos. Aristobulum tamen Cypriorum fuisse memorem, arguit excerptum Strabonis. Sed nec Cossaeorum Arrianus mentionem injecit, cum quorum terra Strabo Babyloniam comparat, navali arbore haud magnopere feracem; quod ipsum, a Strabone p. 1073 D pro parte confirmatum, etiam Arrianus h. l. testatur. Cossaeos illos Alexander paulo ante subegerat sub finem a. 324, habi-

tantes ad Mediae majoris montes, latrociniis deditam gentem, cujus amicitiam Persarum Reges emisse donis tributisque feruntur. Vid. Arrian. VII. 15. 1 sqq., 23. 1; Strab. XI p. 795 B. C, XVI p. 1079 C; Diod. Sic. XVII. 111.

L.

Strabo XVI p. 1076 C. *Σκήψασθαι μὲν οὖν* (*Ἀλέξανδρον*) *αἰτίαν τοῦ πολέμου φησὶν* (*Ἀριστόβουλος*), *ἐπειδὴ μόνοι τῶν ἁπάντων οὐ πρεσβεύσαιντο οἱ Ἄραβες ὡς αὐτόν· τὸ δ' ἀληθὲς, ὀρεγόμενον πάντων εἶναι κύριον. Καὶ ἐπεὶ δύο θεοὺς ἐπυνθάνετο τιμᾶσθαι μόνους ὑπ' αὐτῶν, τόν τε Δία καὶ τὸν Διόνυσον, τοὺς τὰ κυριώτατα πρὸς τὸ ζῆν παρέχοντας, τρίτον ὑπολαβεῖν ἑαυτὸν τιμήσεσθαι, κρατήσαντα καὶ ἐπιτρέψαντα τὴν πάτριον αὐτονομίαν ἔχειν, ἣν εἶχον πρότερον.*

Φησὶν legendum esse, nec vero, quod olim edebatur, *φασὶν*, patet ex Arrian. VII 19. 6, 20. 1 sq., cujus quidem oratio Strabonianae ita est simillima, ut uterque eundem auctorem, Aristobulum, consuluerint necesse sit, quemadmodum etiam quae apud utrumque statim et praecedunt et sequuntur, pariter ex Aristobulo fonte manarunt. Plenior vero locus est Arriani, (quem *Bibl.* p. 68 b 31 Photius excerpsit) nobis adeo non negligendus. *Ἦν αὐτῷ*, inquit, *τοῦ ναυτικοῦ ἡ παρασκευὴ ὡς ἐπὶ Ἄραβας τοὺς πολλοὺς, πρόφασιν μὲν, ὅτι μόνοι τῶν ταύτῃ βαρβάρων οὔτε πρεσβείαν ἀπέστειλαν, οὔτε τι ἄλλο ἐπιεικὲς ἢ ἐπὶ τιμῇ ἐπέπρακτο Ἄραψιν εἰς αὐτόν· τὸ δὲ ἀληθὲς, ὥς γέ μοι δοκεῖ, ἄπληστον ἦν τοῦ κτᾶσθαί τι ἀεὶ Ἀλέξανδρος. Λόγος δὲ κατέχει, ὅτι ἤκουεν Ἄραβας δύο μόνον τιμᾶν θεοὺς, τὸν Οὐρανόν τε καὶ τὸν Διόνυσον· τὸν μὲν Οὐρανὸν αὐτόν τε ὁρώμενον καὶ τὰ ἄστρα ἐν οἷ ἔχοντα τά τε ἄλλα καὶ τὸν ἥλιον, ἀφ' ὅτου μεγίστη καὶ φανοτάτη ὠφέλεια ἐς πάντα ἥκει τὰ ἀνθρώπινα, Διόνυσον δὲ κατὰ δόξαν τῆς ἐς Ἰνδοὺς στρατείας. Οὔκουν* (l. *Οὐκοῦν*) *ἀπαξιοῦν καὶ αὐτὸν τρίτον ἂν νομισθῆναι* (ap. Strab. *τρίτον ὑπολαβεῖν ἑαυτὸν τιμήσεσθαι*, ubi Casaub. emendandum putabat *τιμηθήσεσθαι*.) *πρὸς Ἀράβων θεὸν, οὐ φαυλότερα ἔργα Διονύσου ἀποδειξάμενον, εἴπερ οὖν καὶ Ἀράβων κρατήσας ἐπιτρέψειεν αὐτοῖς, καθάπερ Ἰνδοῖς, πολιτεύειν κατὰ τὰ σφῶν νόμιμα. Τῆς τε χώρας ἡ*

εὐδαιμονία ἐκίνει αὐτὸν, ὅτι ἤκουεν ἐκ μὲν τῶν λιμνῶν τὴν κασίαν γίγνεσθαι αὐτοῖς, ἀπὸ δὲ τῶν δένδρων τὴν σμύρναν τε καὶ τὸν λιβανωτὸν, ἐκ δὲ τῶν θαμνίσκων τὸ κινάμωμον τέμνεσθαι· οἱ λειμῶνες δὲ ὅτι νάρδον αὐτόματοι ἐκφέρουσι. De qua soli fertilitate conferri meretur Strabo XVI p. 1129 C. Arrianus autem h. l. quasi continuam seriem fragmentorum Aristobuli exhibere videtur, ut haud sine magna probabilitate reliqua etiam, quibus nullo intervallo subsequitur Fragm. LI, ad eundem auctorem possint referri. *Τό τε μέγεθος τῆς χώρας*, pergit, *ὅτι οὐκ ἐλάττων ἡ παράλιος τῆς Ἀραβίας ἤπερ ἡ τῆς Ἰνδικῆς αὐτῷ ἐξήγγελλετο*, (Restituendum hoc verbum Arrian. IV. 15. 8, ubi vulgo editur *ἐσηγγέλθη*. In una Ellendtii recensione vera exstat lectio *ἐξηγγέλθη*, quod et Kruegerus ignoravit, nec pridem ipse animadverteram, silentio Ellendtii non admonitus.) *καὶ νῆσοι αὐτῇ προσκεῖσθαι πολλαὶ, καὶ λιμένες πανταχοῦ τῆς χώρας ἐνεῖναι, οἷοι παρασχεῖν μὲν ὅρμους τῷ ναυτικῷ, παρασχεῖν δὲ καὶ πόλεις ἐνοικισθῆναι, καὶ ταύτας γενέσθαι εὐδαίμονας.* In his post *γενέσθαι* Kruegerus, quemadmodum Schneideri jussu supra Fragm. XLIX s. f., ante *Φοινίκης* voculam *ἂν* inseruit. Utrobique haud scio an falso. Qualis enim jam essent revera, non quales futurae essent hae regiones indicatur; cujus generis est e. g. de Alexandria locus, qui legitur III. 1. 5, ubi similia contulit Ellendtius p. 244.

LI.

Arrian. VII. 20. 3—6. *Δύο νῆσοι κατὰ τὸ στόμα τοῦ Εὐφράτου πελάγιαι ἐξηγγέλλοντο αὐτῷ· ἡ μὲν πρώτη οὐ πρόσω τῶν ἐκβολῶν τοῦ Εὐφράτου, εἰς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπέχουσα ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ τε καὶ τοῦ στόματος τοῦ ποταμοῦ, μικροτέρα δὲ αὕτη καὶ δασεῖα ὕλῃ παντοίᾳ· εἶναι δὲ ἐν αὐτῇ καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος, καὶ τοὺς οἰκήτορας αὐτῆς ἀμφὶ τὸ ἱερὸν τὴν δίαιταν ποιεῖσθαι· νέμεσθαί τε αὐτὴν αἰξί τε ἀγρίαις καὶ ἐλάφοις, καὶ ταύτας ἀνεῖσθαι ἀφέτους τῇ Ἀρτέμιδι· οὐδὲ εἶναι θέμις θήραν ποιεῖσθαι ἀπ᾿ αὐτῶν, ὅτι μὴ θῦσαί τινα τῇ θεῷ ἐθέλοντα· ἐπὶ τῷδε θηρᾶν μόνον· ἐπὶ τῷδε γὰρ οὐκ εἶναι ἀθέμιτον. Καὶ ταύτην τὴν νῆσον λέγει* Ἀριστόβουλος *ὅτι Ἴκαρον ἐκέλευσε καλεῖσθαι Ἀλέξανδρος, ἐπὶ τιμῇ τῆς νήσου τῆς*

Ἰκάρου τῆς ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ, ἐς ἥντινα Ἴκαρον τὸν Δαιδάλου, τακέντος τοῦ κηροῦ, ὅτῳ προσήρτητο τὰ πτερὰ, πεσεῖν ὁ λόγος κατέχει. — Ἡ δὲ ἑτέρα νῆσος ἀπέχειν μὲν ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου ἐλέγετο ὅσον πλοῦν ἡμέρας καὶ νυκτὸς κατ' οὖρον θεούσῃ νηΐ· Τύλος δὲ αὐτῇ εἶναι ὄνομα· μεγάλη δὲ εἶναι, καὶ οὔτε τραχεῖα ἡ πολλὴ οὔτε ὑλώδης, ἀλλ' οἷα καρπούς τε ἡμέρους ἐκφέρειν καὶ πάντα ὡραῖα.

Pro *αὐτῆς — τὴν δίαιταν* e Bekkeri *Anecd.* I p. 158, 32 Kruegerus recepit *αὐτοὺς — τὰ τῆς διαίτης* · sed constanti codicum lectione erit qui nemo facile offendatur. Quid? quod *αὐτοὺς*, ut monuit jam Ellendtius, ferri nullo pacto potest; nisi forte pro Icariis non alios quoslibet, sed *ipsos Icarios* circa Dianae templum habitasse statui putes; quod perabsurdum. Nec vero dictionis *τὰ τῆς διαίτης ποιεῖσθαι* cum Ellendtio patrocinium susceperim, licet eodem hoc periphrasis genere maxime delectatum sciamus Arrianum. Nolo provocare ad exemplum Herodoti, dilecti Arriano scriptoris, qui formula *τὴν δίαιταν ποιεῖσθαι* utitur II. 68; sed provocare mihi, ut defendam vulgatam, ad eum licebit, quem unum omnium maxime Arrianus imitatus est, Xenophontem, in cujus *Cyrop.* VIII. 6. 22 eandem formulam haud frustra quaesiveris. Mox mirum quantum displicet inanis tautologia — quo enim alio verbo dicam? — *ἐπὶ τῷδε θηρᾶν μόνον· ἐπὶ τῷδε γὰρ οὐκ εἶναι ἀθέμιτον.* Glossam non inesse, vix mihi persuadeo. Deleam ergo priora: *ἐπὶ τῷδε θηρᾶν μόνον*, inanem reliquorum interpretationem. Spreta porro Florentini codicis scriptura *ἐπὶ τιμῇ τῆς νήσου τῆς Ἰκάρου* Kruegerus vulgatam probat *ἐπὶ τῆς νήσου τῆς Ἰκ.*, quam ante eum tuitus erat Ellendtius; recte, quoad vocabulum *τιμῇ*, quod omnino interpolatorem refert, delendum censuit; sed hic et *νήσου* languet et molestum est ter deinceps repetitum *τῆς*, cujus rei alterum exemplum apud Arrianum desidero. Legam simpliciter *ἐπὶ τῆς Ἰκάρου τῆς κ. τ. λ.* Quae insula cur potissimum Icari nomine appellata sit, — *Ichara* ap. Plin. VI. 32 sine dubio vitiosum est — miratur Droysenus p. 573. Equidem causam in fano Dianae ibi reperto latere censeo: nam etiam in maris Aegaei Icaro ejusdem Deae fuit templum, *Ταυροπόλιον* dictum, satis celebre,

ita certe ut Strabo XIV p. 946 C id mentione dignum judicaverit. Icari, ab Alexandro ita nominatae, *Ταυροπόλιον* celebrat Dionys. Perieg. 610 sq.

Ἴκαρον εἰναλίην, ὅθι Ταυροπόλοιο θεοῖο
βωμοὶ κνισήεντες ἀδευκέα καπνὸν ἔχουσι.

De eodem paucis absolvit Strabo XVI p. 1110 C, *νῆσον* commemorans *Ἰκάριον* (vel *Ἴκαρον* lege vel *Ἰκαρίαν*), *καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἅγιον ἐν αὐτῇ, καὶ μαντεῖον Ταυροπόλου.* Cf. Eustath. ad Dionys. l. l. p. 224. Ad locum denique Aristobuli, quem in situ Icari constituendo errasse ostendit Droysen. l. l., conferri possunt, quae de caprarum, dorcadum leporumque venatione, Dianae in hac insula sacrorum, refert Aelianus *de nat. anim.* XI. 9.

Majorem insulam, in sinu Persico a Macedonibus repertam, multi *Tyrum* dicunt, sed antiquissimi vocarunt *Tylum*, quomodo etiam Artemidorum scripsisse Stephanus testatur v. *Τύρος* p. 286, 26. Quae nominis permutatio est cum Phoeniciae urbe Tyro, quam Tyli incolae suam esse jactabant coloniam. Vid. Strab. l. l. p. 1110 D sq. Situm Tyli d. l. Plinius describit, dissentiens a Strabone. Cf. Droysen. l. l. In Arabico sinu male a Theophrasto et Plinio XVI. 80 reponitur, sed multo pejus a sordido Plinii epitomatore, Solino, adscribitur Indiae. Cf. Salmas. p. 720. De insulae fertilitate, ab Aristobulo item laudata, nonnulla refert Plinius XII. 21 sqq., partim e Theophrasto petita, ut ostendit Salmasius.

LII.

Strabo XVI p. 1110 D. *Ἀριστόβουλός φησι, τοὺς Γεῤῥαίους τὰ πολλὰ σχεδίαις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν ἐμπορεύεσθαι, ἐκεῖθεν δὲ τῷ Εὐφράτῃ τὰ φορτία ἀναπλεῖν εἰς Θάψακον, εἶτα πεζῇ κομίζεσθαι πάντῃ.*

Adversatur h. l. Aristobulus vulgatae de Gerrhaeorum mercatura opinioni, qua habebantur, ut Strabo ait, *πεζέμποροι τὸ πλέον τῶν Ἀραβίων φορτίων καὶ ἀρωματικῶν.* Quo sensu etiam Diodorus de Gerrhaeis exponit III. 42. Gerrham Chaldaei tenuisse feruntur, e Babylonia extorres. In ejus mirabilibus numerantur domus, e sale factae, turresque e salis

quadratis molibus. Oppidum 5000 passuum amplitudine sinui Gerrhaico nomen dedit, distans a mari 200 stadiis. Ab eo haud ita procul dissita erat Tylus insula, Fragm. LI commemorata. Vid. Strab. l. l. p. 1110 C et Plin. VI. 32. De Thapsaco jam dictum est in annot. ad Fragm. XLIX p. 125.

LIII.

Strabo XVI p. 1076 A. B. *Φησὶν Ἀριστόβουλος, τὸν Ἀλέξανδρον αὐτὸν, ἀναπλέοντα καὶ κυβερνῶντα τὸ σκάφος, ἐπισκοπεῖν καὶ ἀνακαθαίρειν τὰς διώρυχας* (τοῦ Εὐφράτου) *μετὰ τοῦ πλήθους τῶν συνακολουθησάντων, ὡς δ' αὕτως καὶ τὰ στόμια ἐμφράττειν, τὰ δ' ἀνοίγειν. Κατανοήσαντα δὲ μίαν, τὴν μάλιστα συντείνουσαν ἐπὶ τὰ ἕλη καὶ τὰς λίμνας τὰς πρὸ τῆς Ἀραβίας, δυσμεταχείριστον ἔχουσαν τὸ στόμα, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἐμφράττεσθαι δυναμένην διὰ τὸ εὐένδοτον καὶ μαλακόγειον, ἄλλο ἀνοῖξαι καινὸν στόμα, ἀπὸ σταδίων τριάκοντα, ὑπόπετρον λαβόντα χωρίον, κᾀκεῖ μεταγαγεῖν τὸ ῥεῖθρον. Ταῦτα δὲ ποιεῖν, προνοοῦντα ἅμα καὶ τοῦ μὴ τὴν Ἀραβίαν δυσείσβολον τελέως ὑπὸ τῶν λιμνῶν ἢ καὶ τῶν ἑλῶν ἀποτελεσθῆναι, νησίζουσαν ἤδη διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος· διανοεῖσθαι γὰρ δὴ κατακτᾶσθαι τὴν χώραν ταύτην.*

Fossarum Euphratis rationem usumque paucis complectitur Arrianus VII. 7. 5, pluribus vero explicat c. 21, quae collata cum descriptione Strabonis l. l. p. 1075 A sqq., huic fragmento praemissa, suspicionem movent, num rursus utrique scribenti ad manus fuerint Aristobuli commentarii. Accedit qui hanc suspicionem confirmet Appianus *B. C.* II. 153, quem supra jam monui multum ex Aristobulo profecisse videri. Nec tamen sola conjectura fretus pro Aristobuleis ea venditaverim, in primis quod Arrianus, ut in subsequenti narratione (Fragm. LIV.) Aristobulum, ita statim ante (20. 9.) Nearchum auctorem laudavit. Ceterum de Euphrate cf. Polyb. IX. 43.

LIV.

Arrian. VII. 22. 2—5. *Λόγος δὲ λέγεται τοιόσδε. Τῶν βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων τοὺς τάφους ἐν ταῖς λίμναις τε εἶναι τοὺς πολλοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι δεδομημένους. Ὡς δὲ ἔπλει*

Ἀλέξανδρος κατὰ τὰ ἕλη (κυβερνᾶν γὰρ αὐτὸν λόγος τὴν τριήρη), πνεύματος μεγάλου ἐμπεσόντος αὐτῷ ἐς τὴν καυσίαν καὶ τὸ διάδημα αὐτῇ συνεχόμενον, τὴν μὲν δὴ βαρυτέραν πεσεῖν ἐς τὸ ὕδωρ, τὸ διάδημα δὲ ἀπενεχθὲν πρὸς τῆς πνοῆς, σχεθῆναι ἐν καλάμῳ· τὸν κάλαμον δὲ τῶν ἐπιπεφυκότων εἶναι τάφῳ τινὶ τῶν πάλαι βασιλέων. Τοῦτό τε οὖν αὐτὸς (Kr. *αὐτὸ*) *πρὸ τῶν μελλόντων σημῆναι, καὶ ὅτι τῶν τις ναυτῶν ἐκνηξάμενος ὡς ἐπὶ τὸ διάδημα, ἀφελὼν τοῦ καλάμου αὐτὸ, μετὰ χεῖρας μὲν οὐκ ἤνεγκεν, ὅτι νηχομένου ἂν αὐτοῦ ἐβρέχετο, περιθεὶς δὲ τῇ κεφαλῇ τῇ αὐτοῦ, οὕτω διήνεγκε. Καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀναγραψάντων τὰ Ἀλεξάνδρου λέγουσιν, ὅτι τάλαντον μὲν ἐδωρήσατο αὐτῷ Ἀλέξανδρος, τῆς προθυμίας εἵνεκα· ἀποτεμεῖν δὲ ὅτι ἐκέλευσε τὴν κεφαλὴν, τῶν μάντεων ταύτῃ ἐξηγησαμένων, μὴ περιϊδεῖν σώαν ἐκείνην τὴν κεφαλὴν, ἥτις τὸ διάδημα ἐφόρησε τὸ βασίλειον. Ἀριστόβουλος δὲ τάλαντον μὲν ὅτι ἔλαβε λέγει αὐτὸν, ἀλλὰ πληγὰς λαβεῖν τῆς περιθέσεως ἕνεκα τοῦ διαδήματος. Ἀριστόβουλος μὲν δὴ τῶν τινὰ Φοινίκων τῶν ναυτῶν λέγει, ὅτι τὸ διάδημα τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐκόμισεν· εἰσὶ δὲ οἳ Σέλευκον λέγουσι.*

Strabo XVI p. 1076 C. D. *Ταῦτα δὴ* (*φησὶν Ἀριστόβουλος*) *πραγματεύεσθαι περὶ τὰς διώρυχας τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ τοὺς τάφους σκευωρεῖσθαι τοὺς τῶν βασιλέων καὶ δυναστῶν· τοὺς γὰρ πλείστους ἐν ταῖς λίμναις εἶναι.*

De prodigio, quod Alexandro, quum triremem ipse gubernaret (cf. Fragm. LIII init.), oblatum in Euphrate fertur, narrat etiam Diod. Sic. XVII. 116, redditumque Regi diadema ab uno remigum testatus, consentit cum Aristobulo.

LV.

Arrian. VII. 24. 1—3. *Καί τι καὶ τοιόνδε πρὸ τῶν μελλόντων σημῆναι λέγει Ἀριστόβουλος. Καταλοχίζειν μὲν αὐτὸν τὴν στρατιὰν τὴν ξὺν Πευκέστᾳ τε ἐκ Περσῶν, καὶ ἀπὸ θαλάσσης ξὺν Φιλοξένῳ καὶ Μενάνδρῳ ἥκουσαν, ἐς τὰς Μακεδονικὰς τάξεις· διψήσαντα δὲ, ἀποχωρῆσαι ἐκ τῆς ἕδρας, καταλιπόντα ἔρημον τὸν θρόνον τὸν βασίλειον. Εἶναι δὲ κλίνας ἑκατέρωθεν τοῦ θρόνου ἀργυρόποδας, ἐφ᾽ ὧν οἱ ἀμφ᾽ αὐτὸν*

ἑταῖροι ἐκάθηντο. Τῶν τινὰ οὖν ἠμελημένων ἀνθρώπων (οἱ δὲ καὶ τῶν ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ ὄντα λέγουσιν) ἔρημον ἰδόντα τὸν θρόνον καὶ τὰς κλίνας, περὶ τῷ θρόνῳ δὲ ἑστηκότας τοὺς εὐνούχους (καὶ γὰρ καὶ οἱ ἑταῖροι ξυνανέστησαν τῷ βασιλεῖ ἀποχωροῦντι), διελθόντα διὰ τῶν εὐνούχων, ἀναβῆναί τε ἐπὶ τὸν θρόνον καὶ καθίζεσθαι· τοὺς δὲ οὐκ ἀναστῆσαι μὲν αὐτὸν ἐκ τοῦ θρόνου, κατὰ δή τινα νόμον Περσικὸν, περιῤῥηξαμένους δὲ τύπτεσθαι τά τε στήθη καὶ τὰ πρόσωπα, ὡς ἐπὶ μεγάλῳ κακῷ. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, κελεῦσαι στρεβλωθῆναι τὸν καθίσαντα, μήποτε ἐξ ἐπιβουλῆς ξυντεταγμένον τοῦτο ἔδρασε, γνῶναι θέλοντα· τὸν δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐξειπεῖν, ὅτι μὴ ἐπὶ νοῦν οἱ ἐλθὸν οὕτω πρᾶξαι· ᾗ δὴ καὶ μᾶλλον ἐπ' οὐδενὶ ἀγαθῷ ξυμβῆναι αὐτῷ οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο.

Meminerunt ejusdem prodigii Plutarchus *Vit. Alex.* LXXIII sq. et Diodorus l. l., neuter Aristobulo neque etiam eodem uterque fonte usus. Ille Dionysium appellatum hominem dicit, Messenium, fassum se, diu in vinculis retentum, modo liberatum esse a Serapide, cujus jussu stola et diademate sumptis jam tacitus consideret. Diodoro est *τῶν ἐγχωρίων τις*, qui vinculis sponte solutis clam custodibus ad thronum pervenisset, et regiis insignibus potitus quiete sederet, rogatus autem ab Alexandro, nihil perculso, quis esset quidque vellet, prorsus se id nescire responderet.

LVI.

Arrian. VII. 26. 2, 3. *Λέγουσιν αἱ ἐφημερίδες αἱ βασίλειοι, ἐν τῷ τοῦ Σεράπιδος ἱερῷ Πείθωνά τε ἐγκοιμηθέντα, καὶ Ἄτταλον, καὶ Δημοφῶντα, καὶ Πευκέσταν, πρὸς δὲ, Κλεομένην τε, καὶ Μενίδαν, καὶ Σέλευκον, ἐπερωτᾷν τὸν θεὸν, εἰ λῷον καὶ ἄμεινον Ἀλεξάνδρῳ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ κομισθέντα καὶ ἱκετεύσαντα θεραπεύεσθαι πρὸς τοῦ θεοῦ· καὶ γενέσθαι φήμην τινὰ ἐκ τοῦ θεοῦ, μὴ κομίζεσθαι εἰς τὸ ἱερὸν, ἀλλ' αὐτοῦ μένοντι ἔσεσθαι ἄμεινον. Ταῦτά τε ἐπαγγεῖλαι τοὺς ἑταίρους, καὶ Ἀλέξανδρον οὐ πολὺ ὕστερον ἀποθανεῖν, ὡς τοῦτο ἄρα ἤδη ὂν τὸ ἄμεινον. Οὐ πόῤῥω δὲ τούτων οὔτε Ἀριστοβούλῳ οὔτε Πτολεμαίῳ ἀναγέγραπται.*

De hoc excerpto, quod Ptolemaei est Fragm. XXIV, vide quae annotavi p. 47 sq.

LVII.

Plutarch. *Vit. Alex.* LXXV. *Ἀριστόβουλός φησιν αὐτὸν, πυρέττοντα μανικῶς, διψήσαντα δὲ σφόδρα, πιεῖν οἶνον· ἐκ τούτου δὲ φρενιτιάσαι, καὶ τελευτῆσαι τριακάδι Δαισίου μηνός.* — Arrian. VII. 28. 1. *Ἐτελεύτα μὲν δὴ Ἀλέξανδρος τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι, ἐπὶ Ἡγησίου ἄρχοντος Ἀθήνησιν· ἐβίω δὲ δύο καὶ τριάκοντα ἔτη, καὶ τοῦ τρίτου μῆνας ἐπέλαβεν ὀκτώ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ἐβασίλευσε δὲ δώδεκα ἔτη καὶ τοὺς ὀκτὼ μῆνας τούτους.*

Alii ut aliter de morte Alexandri tradiderunt, ita in primis Ephippus Olynthius et Nicobule apud Athen. p. 434 B. C potui immoderato eam tribuerunt. Nec sane multum ab his differt Plutarchus l. l. LXXV, quum scribat: *Μηδίου δεηθέντος, ᾤχετο κωμασόμενος πρὸς αὐτόν· κἀκεῖ πιὼν ὅλην τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, ἤρξατο πυρέττειν.* Quibuscum conferenda sunt, quae tum ille c. LXXVI tum Arrianus VII. 25. 1 ex Ephemeridibus Regiis excerpsit. Adde Plutarch. *de Alex. Orat.* II. 6.

Haud minor veterum est discordia de tempore, quo Alexandrum natum scripserunt et quo mortuum. Singulis testimoniis proferendis dijudicandisque vereor ne taedium multum, quod frugi sit nihil afferam, quum illam quaestionem copiose, accurate docteque tractatam profligasse totam videatur Ideleri studium, quem vide in *Abhandl. d. hist. phil. Kl. d. Kön. Pr. Ak. d. Wiss.* 1820 p. 269 sqq., 1821 p. 277 sqq., coll. *Handb. d. Chronol.* I p. 406 sqq. Secundum Idelerum igitur, qui Aristobuli computationem prae aliis velut normam probavit, Alexander, natus m. Boëdromione Olymp. CVI. 1 sive intra d. 15 Sept. et 14 Oct. a. 356, decessit m. Thargelione, qui Macedonibus fuit Daesius, Olymp. CXIV. 1, m. Junii d. 11 aut, ut Aristobulus tradidit, 13 a. 323.

LVIII.

Arrian. VII. 29. 4. *Οἱ πότοι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, οὐ τοῦ οἴνου ἕνεκα μακροὶ αὐτῷ ἐγίγνοντο (οὐ γὰρ πίνειν πολὺν οἶνον Ἀλέξανδρον), ἀλλὰ φιλοφροσύνης τῆς εἰς τοὺς ἑταίρους.*

Ἡδονῶν τῶν σώματος ἐγκρατέστατον Alexandrum praedicat

ceterasque ejus virtutes multis persequitur Arrianus l. l. 28. 2; sed magis etiam Plutarchus *Vit. Alex.* XXIII quum universe praeclara omnia de Alexandro sentiat, potandi libidinem illi abjudicat, ea quidem ratione, ut non dubitem, quin Aristobuli testimonium referat. Quae causa est, cur verba ejus non invitus adscribam. *Ἦν καὶ πρὸς οἶνον*, inquit, *ἧττον ἢ ἐδόκει καταφερής· ἔδοξε δὲ διὰ τὸν χρόνον, ὃν οὐ πίνων μᾶλλον ἢ λαλῶν εἷλκεν, ἐφ' ἑκάστης κύλικος ἀεὶ μακρόν τινα λόγον διατιθέμενος, καὶ ταῦτα πολλῆς σχολῆς οὔσης. Ἐπεὶ πρός γε τὰς πράξεις οὐκ οἶνος ἐκεῖνον, οὐχ ὕπνος, οὐ παιδιά τις, οὐ γάμος, οὐ θέα, καθάπερ ἄλλους στρατηγοὺς, ἐπέσχε. — Τὸν δὲ πότον, ὥσπερ εἴρηται, μακρὸν ὑπ' ἀδολεσχίας ἐξέτεινε.* Cf. *Orat. de Alex.* II. 5. At unice vera videntur, quae scripsit idem, Aristobuli testimonium, quale id ex Arriani excerpto cognoscimus, redarguens *Sympos.* I. 6. 1; qui adeo locus egregius est in verba Aristobuli commentarius. *Λόγος ἦν*, inquit, *περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, ὡς οὐ πολὺ πίνοντος, ἀλλὰ πολὺν χρόνον ἐν τῷ πίνειν καὶ διαλέγεσθαι τοῖς φίλοις ἕλκοντος. Ἀπεδείκνυε δ' αὐτοὺς φλυαροῦντας Φιλῖνος ἐκ τῶν βασιλικῶν Ἐφημερίδων, ἐν αἷς συνεχέστατα γέγραπται καὶ πλειστάκις, ὅτι τήνδε τὴν ἡμέραν ἐκ τοῦ πότου ἐκάθευδεν, ἔστι δ' ὅτε καὶ τὴν ἐφεξῆς· διὸ καὶ πρὸς τὰς συνουσίας ἀργότερος ἦν, ὀξὺς δὲ καὶ θυμοειδής.* Cf. *Vit. Alex.* IV. In eandem hanc sententiam pedibus eunt Curtius X. 5. 34, Justinus IX. 8, Ephippus et Nicobule ap. Athen. l. l., Aelianus *V. H.* III. 23, XII. 26, aliique. Breve Ephemeridum illarum, quas dixit Plutarchus, fragmentum servavit Athenaeus X p. 434 B, coll. Aelian. III. 23, sed argumentum luculentissimum, *πιεῖν τὸν Ἀλέξανδρον πλεῖστον, ὡς καὶ ἀπὸ τῆς μέθης συνεχῶς κοιμᾶσθαι δύο ἡμέρας καὶ δύο νύκτας*, ut adeo in potatorem haud ita male dicterium posset converti, quo utentem quempiam in *Κόλακι* induxit Menander : *Ἀλεξάνδρου πλέον τοῦ βασιλέως πέπωκας.* Vid. Athen. l. l. Quis igitur, tantae auctoritatis testibus credens, fateri nolit, Aristobulum, ita quum Alexandri famae prodesse conaretur, suae mirifice obfuisse?

CHARETIS

VITA ET HISTORIAE.

CHARETIS

VITA ET HISTORIAE.

De Charete quae memoriae produntur, huc fere redeunt omnia, ut, Mytilene [1]) oriundus, *Εἰσαγγελέως* munere functus esse dicatur. Alterum saepe monet Athenaeus [2]), semel etiam Plutarchus [3]); alterum hujus unius probatur testimonio, de quo paucis videndum.

Persis *Ἀζαραπατεῖς* appellabantur, quorum erat intro nuntiare, qui Regem adire cuperent, vel horum mandata precesque ad Regem deferre [4]); ad quem quidem honorem non

---

1) De formis *Μυτιλήνη* et *Μυτιληναῖος* vide quae in *Lesbiacis* contulit Plehnius p. 10 sqq.

2) Fragm. VII, XIII-XVI, XVIII, XIX.

3) Fragm. X. Huc refer etiam *Indicem* Plin. in lib. XII et XIII, ubi olim scribebatur *Charax*, teste Harduino, qui tamen ipse confudit Charetem cum Lampsaceno Charone, quod non latuit Creuzerum *Hist. Graec. fragm.* p. 96.

4) Ait Hesychius v. *Ἀζαραπατεῖς* I p. 116, pro quo *Ἀξαραπατεῖς* Brissonius legit *Regn. Pers.* II p. 574 A. Alii aliter, ut docent Intpp. Illorum officia plenius cognosces e notissima narratione de Ismenia Thebano, ad Artaxerxem Memnonem legato, quae apud Aelianum invenitur *V. H.* I. 21, ubi memoratur Tithraustes Chiliarchus, *ὁ τὰς ἀγγελίας εἰσκομίζων τῷ βασιλεῖ καὶ τοὺς δεομένους εἰσάγων*. Hinc Herodoto III. 18 *ἄγγελος*

nisi nobilissimis, saltem spectatissimae fidei viris aditum patuisse, vix est quod moneam [1]). Ad hoc Persarum Regum exemplum Alexander, ut multa alia Persarum instituta recepit, ita mutato nomine Ἀζαραπατεῖς sibi adscivisse vulgo, sed propter unum Charetem putatur, quem adeo Alexandri M. faciunt *Εἰσαγγελέα*. Quae tamen communis recentiorum sententia mihi videtur omni carere argumento. Quid enim Plutarchus? *Χάρης*, ait, *ὁ Εἰσαγγελεύς* [2]). Cujus, non addit.

---

dicitur idem et ἀγγελιηφόρος. «Nemo sine hoc admittitur,» ait Corn. Nepos *Vit. Con.* III. 2, ubi pronomen *hoc* non cum Bremio *neutro*, sed *masculino* genere dictum habeam. Sacae τῷ οἰνοχόῳ *Εἰσαγγελέως* munus tribuitur apud Xenoph. *Cyrop.* I. 3. 8. Noctes atque dies ad cubiculum Regis excubans, *Εἰσαγγελεὺς* unumquemque ab aditu ejus arcebat, ut satis patet e dicto loco Herodoti. Quo more abrogato, septem illi nobiles Persae, quorum erat Darius Hystaspis, inter se constituerant, *παριέναι ἐς τὰ βασιλήϊα πάντα τὸν βουλόμενον τῶν ἑπτὰ ἄνευ Ἐσαγγελέος, ἢν μὴ τυγχάνῃ εὕδων μετὰ γυναικὸς βασιλεύς*. Narrat Herodotus III. 84. Alia collegerunt Wesselingius ad Diod. Sic. XVI. 47 et Brisson. l. l. I p. 441 B.

1) Testatur Corn. Nepos l. l. : «Conon, a Pharnabazo ad Regem missus, posteaquam venit, primum ex more Persarum ad Chiliarchum, *qui secundum gradum imperii tenebat*, Tithrausten accessit, seque ostendit cum Rege colloqui velle.» Diserte etiam de Aristazano monet Diodorus l. l., Persarum in Aegypto duce, tempore Artaxerxis Ochi : *Οὗτος ἦν Εἰσαγγελεὺς τοῦ βασιλέως καὶ πιστότατος τῶν φίλων μετὰ Βαγώαν*. Cf. Xenoph. l. l.

2) *Vit. Alex.* XLVI (Cf. Fragm. VIII.), ubi nunc ex emendatione Coraïs recte editur *Χάρης ὁ Εἰσαγγελεὺς — Φίλιππος ὁ Θεαγγελεύς*. Codices exhibent *Χ. ὁ Εἰσαγγελεὺς — Φ. ὁ Εἰσαγγελεύς*, quam lectionem tuiti sunt Sanctocrucius *Exam. crit.* p. 39, Heeren. *de fontt. Plut.* p. 67, Plehn. l. l. p. 211. Alii, secuti Reinesium, *Var. Lectt.* I. 25, locum ita sanare studuerunt, ut rescriberent *Χ. ὁ Θεαγγελεὺς — Φ. ὁ Θεαγγελεύς*, pessime consulentes Chareti, cui sine ratione duplicem obtruserunt patriam, Theangela Cariae et Mytilenen Lesbi urbem. De Philippi autem *Εἰσαγγελίᾳ* aliunde nihil quidquam constat, sed praecedente vocabulo *Εἰσαγγελεὺς* facile intelligitur, quomodo parum notum gentile nomen *Θεαγγελεὺς* depravari potuerit : hoc enim restituendum esse manifestum fit ex Athenaeo, quem vide VI p. 271 B, ubi scripsisse opus dicitur *περὶ Καρῶν καὶ Λελέγων*. Cui testimonio si addideris locum Strabonis, (XIV p. 977 B), laudantis *τὸν τὰ Καρικὰ γράψαντα* Philippum, dubitabis, num in *Scholiis* ad Eurip. *Rhes.* 505 proba sit lectio *ἐν τῷ περὶ Καρῶν πειρα-*

Num ergo, hoc levissimo testimonio freti, rem ad Alexandrum pertinere et munus mere Persicum ab illo retentum putemus, cujus in illius historia nulla usquam exstet mentio? Quid? quod si non omnia, at praecipua *Εἰσαγγελέων* officia, qualia esse in Persarum aula solebant, praestabant Alexandro *Σωματοφύλακες*, qui dicebantur; praestabat partim puerorum nobilium regia cohors [1]). Me igitur si gravioribus illis causis commotus audiveris, potius in alteram partem te converteris. Chareti enim Mytilenaeo, cujus cives ante Alexandri tempora Persarum imperio paruisse constat [2]), *Εἰσαγγελίαν* apud Darium mandatam fuisse suspicor; postea vero, cum aliis ducibus et satrapis bene multis ab Alexandro victore in gratiam recepto, periisse quidem ipsam *Εἰσαγγελέως* dignitatem, sed, ut tali in re solet, adhaesisse nomen [3]).

Quae si recte conjeci, fortasse etiam aliquanto melius de laudibus judicare poterimus, quas rebus gestis Alexandri conscribendis Chares sibi comparaverit. Opus illud, *περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστορίαι* inscriptum [4]), in plures libros fuisse divisum apparet, quibus tamen singulis terminos suos haud reddideris. Adeo desunt certa in paucis fragmentis indicia. E *tertio* libro servatus locus est de Ptolemaeo Lagida, Alexandri *Ἐδεάτρῳ* [5]); e *quinto* de Persarum Regum luxuria [6]); e *septimo* de ostreis et margaritis, in Indico mari repertis [7]). Quae omnia quum

---

τείας, ut loci argumento fretus Kampmannus edidit. Nec placet hodie, quod aliquando legere malebam, *ἐν τῇ π. Κ. πραγματείᾳ*. Fortasse additum fuit vocabulum, nunc e codicis vestigiis *πενρ*, superscriptis literis *κτ*, haud eruendum, quo *Caricorum* liber designabatur.

1) De utrisque Alexandri ministris, praeter locos veterum p. 6 laudatos, adi Muetzellium ad Curtium p. 567, 760 sq.

2) Cf. Plehn. l. l. p. 76 sq.

3) Ita etiam Cypri Regibus ignovit Alexander (Arrian. III. 23. 7.), eosque honoratos in Asiam secum duxit, ut indicat locus Plutarchi, qui legitur *Orat. de Alex.* II. 2.

4) Hoc titulo, pro quo nonnunquam in codicibus male scribitur *περὶ Ἀλεξάνδρου Ἱστορίαι*, Charetis commentarios laudat Athenaeus Fragm. VII, XIII, XV-XVIII, alibi simpliciter *Ἱστορίας* dicens.

5) Fragm. III.

6) Fragm. VII.

7) Fragm. XIII.

ad certum tempus redigi nequeant, hac ipsa de causa ad operis oeconomiam cognoscendam parum, ne dicam nihil conferunt. Quoniam vero *decimo* libro Charetem apparet de nuptiis egisse, quas et suas et simul amicorum plurimas, uno fere ante obitum anno, Alexander Susis celebravit [1]); hinc quidem satis firmo petito argumento haud scio an recte Historias Charetis in *decem*, nec plures libros divisas fuisse statuam.

In rerum Alexandri descriptione quae fuerint Chareti propria merita, sane quam densis est tenebris obvolutum. Omnino videntur Historiae Charetis perspicua quidem et nativa oratione fuisse perscriptae, sed in plurimis, quae olim ferebantur, de Alexandro commentariis, paucissimis lectae. Certe, praeterquam Athenaeo, ex omnibus scriptoribus uni Plutarcho ita laudantur, ut eas quin legerit vix sit dubium; Plinium, si ita placet, adde: nam Gellium quid memorem, qui sua aliunde hausit, ipse Historias Charetis non inspexit [2])? In recentioribus autem hoc tulit de Charete judicium Sanctocrucius, ut rerum festivarum et saepe futilium narratoribus, quam historicis vere ita dictis, eum adscribere mallet, respiciens maxime veterem illum *μῦθον* orientalem de amore Zariadris et Odatidis, quem ex Charete Athenaeus repetiit [3]). In qua Sanctocrucii sententia, etsi veri plurimum ejus judicio inest,

---

1) Fragm. XVII. Ad eundem librum pertinet Fragm. XVIII.

2) Illum in *Auctorum Indicibus*, ut vulgo vocantur, Charetem bis memorasse, modo dicebam; hic vero unde Charetis Historias cognovisse videatur, ostendam in annotatione ad Fragm. I. Arrianum quoque ex Charetis opere interdum profecisse, colligi possit ex IV. 12. 3—5. Vide infra ad Fragm. X.

3) Fragm. V. Ipsam adscribam Sanctocrucii sententiam, quam pronuntiat p. 40 : *Il paroit que Charès avoit eu moins pour objet d'écrire une véritable histoire, qu'un simple receuil d'anecdotes; il s'en étoit même permis de fort étrangères à son sujet; par exemple, celles sur les amours de Zariadres et d'Odatis. La scène est audelà des Pyles-Caspiennes et finit par un enlèvement. Le but de cette anecdote Scythe est de montrer, qu'on peut devenir amoureux, en songe, de personnes qu'on n'a jamais vues. En rapportant pareille aventure, Charès eut, sans doute, intention de plaire aux Grecs, ses compatriotes, qui prirent trop souvent des songes pour la vérité.»* Heereno ita cum Sanctocrucio convenit, ut scribat l. l. p. 67 : » Quantum ex iis, quae Plutarchus e Charete enotavit, concludere licet, eum potius narratiunculas de rege collegisse, quam Historiam eius conscripsisse, probabile est.»

acquiescere subvereor. Studium quoddam delectandi et gratiam lectorum captandi Chareti commune fuisse cum omnibus fere, qui de Alexandro scripserunt, nolim quidem praefracte negare, imo in primis ei proprium fuisse ajo; sed per decem libros integros meris narratiunculis delectatum, non magis illum continuam dedisse Alexandri historiam, quam capita quaedam oblectationis gratia selecta, iniqua est criminatio, quam neque aliud fragmentum sustentat ullum, neque ille ipse, qui pro gravissimo argumento affertur, elegantissimus *μῦθος*. Parum tenuit Sanctocrucius, quantum istiusmodi *μῦθοι*, ex interiore gentium historia deprompti, valeant ad veram earum indolem penitus cognoscendam, dignique adeo et habeantur et sint, ad quos studiose advertat animum, cui majus quid quam nuda rerum plurimarum recensio videatur historia. Illis vero, si quis alius, jure accensendus est Zariadris et Odatidis *μῦθος*, per totam Asiam ita celebratissimus, ut et omnium ore ferretur et quovis idoneo loco, in templis, regiis privatisque aedibus eum pingendum curarent, quin principum plerique in piam Odatidis memoriam de hujus nomine filias appellarent. Talia autem cognoscendi ex omnibus Alexandri historicis nulli fortasse major est facta copia, quam Chareti, quem diuturno usu atque in Darii, si recte conjeci, aula commoratione cum variarum gentium moribus, sacris civilibusque institutis, *μύθοις*, interiore omnino conditione familiaritatem contraxisse haud vulgarem putaverim. Quibus singulis sedulo in literas referendis Chares, ut commemorare plura debuit, quae ab historiae gravitate paululum recedere videantur, ita tamen illo, quod dixi, nomine de historia ipsa bene promeruit. Nec pro paucis fragmentis rarae sunt, fateor, quae ad Alexandrum aliosve spectant narratiunculae. Hae vero, si recte judico, explicari optime possunt e consilio Charetis, quo in historia scribenda non potissimum terras peragratas attendit deque captis urbibus et gentibus devictis exposuit, sed tum horum omnium quae maxime ducebat memorabilia diligenter collegit, tum vero rerum domesticarum et privatae, quae dicitur, Alexandri vitae accurate rationem habuit. Utcunque se habet res, haec facile cogitur e fragmentis summa, quod nec Sanctocrucius negavit,

ea fide Charetem vitam Alexandri et res gestas scripto consignasse, ut si non semper gravissima, at certe, quod quidem maximum est, verissima plerumque in Historias receperit.[1])

Anteaquam ad fragmenta Mytilenaei[2]) Charetis transeamus, operae pretium sit, data jam opportunitate, per *παρέκβασιν*

---

1) Monet Geierus *de Ptolem. Comm.* p. 14: «Chares ille Mytilenaeus, cui *εἰσαγγελέως* munus ab Alexandro erat mandatum, adnumerandus est Alexandri rerum scriptoribus fide dignissimis, *quod alio loco accuratius exponetur.* Hoc vero susceptum consilium an postea executus sit Vir Doct., frustra adhuc sciscitor.

2) Ceteros, quos memoratos inveni, Charetes h. l. deinceps recensebo. Antiquissimus igitur is esse videtur, qui Archon praefuit Athenis Ol. LXXVII. 1, ut constat e Diod. Sic. XI. 53 aliisque, quos laudat Clinton. p. 36.

Ab illo distinxerim Charetem, pariter Archontem, sed Ol. LXXXVI. 3, teste Diodoro XII. 35.

Huic aequalis vixit Chares quidam, *ἐπὶ ἀμαθίᾳ διαβαλλόμενος* ab Aristophane *Acharn.* 604.

Fortasse etiam ad eandem aetatem referendus est Chares *Parius*, cujus scriptoris mentio est apud Aristotelem *Politic.* I. 4. 4 (ed Schneid.), ubi componitur cum Apollodoro Lemnio (Varro *R. R.* I. 1. 8.) et egisse uterque dicitur *περὶ γεωργίας, καὶ ψιλῆς καὶ πεφυτευμένης.*

Sequitur Chares, Theocharis filius, Atheniensis, quem legimus jam sub Ol. CIII. 2, *ἀκμάζοντα τῷ σώματι καὶ ῥωμαλέον* (Plutarch. *An seni sit ger. res publ.* VIII.), Praetorem missum esse auxilio Phliasiis (Xenoph. *Hellen.* VII. 2. 18.), *τὸν τῷ στρατηγεῖν καὶ πολεμεῖν αὔξοντα ἑαυτὸν*, ut ait Plutarch. *Vit. Phoc.* VII, ad q. l. vide quos laudat Kranerus p. 18 et *Praef.* p. XI, coll. Ruhnken. *Hist. crit. Oratt.* p. LXVII sq. Dirutis ab Alexandro Thebis, postulatus esse fertur inter decem, quos vocant, Oratores, Ol. CXI. 2 (Vid. annot. ad Aristob. Fragm. II p. 68 sq.); unde factum, ut Jonsius (Ind. ad *Hist. Phil.* s. v.) et Fabricius (*Bibl. Graec.* VI p. 126.) de Oratore Charete somniaverint (cf. infra p. 144.), quorum ille praeterea hunc suum Rhetorem cum Charete Mytilenaeo confudit, hic Charetis Oratoris causa *Scholia Graeca* laudat ad *Rhetor.* Aristot. p. 80, quae ubi extent, ignoro. Neque ab Imperatore illo diversus fuit, quod suspicatus est Kruegerus, Atheniensis Chares, qui *ἐκ Σιγείου ἐλθὼν* Alexandrum M. ex Trojana urbe reducem coronavit, ut narrat Arrianus I. 12. 1; quem locum video temere delere voluisse Schmiederum, haud magnopere reluctante Ellendtio. Quemadmodum enim Charete et reliquis, quos ab Atheniensibus poposcit, Alexander mox ignovit, eique esse gratissimum debuit a clarissimo sene duce bellisque indurato coronari; ita hunc

paucis disputare de Charete, quem ajunt, grammatico, ut cavendum esse ab errore moneam, in quem haud pauci inci-

---

Theocharis filium ex Theopompo (Athen. XII p. 532 B.) scimus plurimum in Sigeo oppido degisse.

At reapse a Theocharis filio, me judice, diversus est, quem Schmiederus aliique eundem existimarunt, Chares Atheniensis, qui sub haec ipsa tempora Regi Persarum militans, Mytilenen occupatam duorum millium Persarum praesidio tenebat; sed quum obsidionem tolerare non posset, urbe tradita, pactus ut incolumi abire liceret, Imbrum petiit.» Vide Curtium IV. 5. 22 et Arrian. III. 2. 6. Atque hic Chares — quid enim celem? — diu dubitavi, num forte Atheniensis patria, sed civitate Mytilenaeus, post, impetrata venia, Alexandrum in Asiam fuerit comitatus, adeoque idem habendus sit qui Historicus Chares, de quo supra absolvi: nam hunc quoque magna Dario officia praestitisse, Εἰσαγγελέως munus abunde declarat. Sed nihil dirimo.

Ol. CXXII—CXXV, ut effecit Muellerus, *Archäol. d. Kunst* in not. ad § 154 sq., floruit Chares Lindius, Statuarius, cujus in admiratione fuit Solis colossus Rhodi, qua de re agunt Strabo XIV p. 964 B, Plinius *H. N.* XXXIV. 18, Anonymus *de Incred.* II, Eudocia p. 429. Cf. Horner ap. Ersch et Gruber *Allgem. Encycl.* XVI p. 160. In eundem exstat Simonidis epigramma *Anth. Planud.* IV. 82, sed Λάχης scribitur pro Χάρης. Contrariae horum nominum permutationis infra exemplum afferam.

Chares servo nomen fuit, cui Ol. CXXXV. 1 manumisso Lyconem Peripateticum editos suos libros testamento legasse apparet ex Diogene Laërt. V. 4. 73.

Charetis Judaei strenuam defensionem Gamalorum, parvi Syriae oppidi, a Tito Vespasiano obsessi, praedicat Fl. Josephus *Bell. Jud.* IV. 3.

Chares quidam, incerti aevi scriptor, memoratur in S. Maximi Opp. II p. 597. Cf. Montfaucon *Bibl. Coisl.* p. 576.

Tandem in censum veniunt duo vix nomine cogniti Charetes, quorum alterum cognoscimus e nummis ap. Mionnet. *Descr. de méd. antiq.* I. p. 523, alterum, Delphum, ex *Anecd. Delph.*, quae nuper edidit Ern. Curtius, Tit. XIV p. 62.

Curtio VIII. 11. 10. sqq. *Charus* dicitur fortissime decertans occubuisse in Aorno petra oppugnanda. Nomen istud haud dubie est vitiosum; sed utrum legendum sit, *Chares* an *Charinus*, cum Muetzellio animi pendeo.

Quodsi credimus Scholiastae Aristophanis *Equitt.* 831 dictis Charetibus alius accesserit Atheniensis Imperator, Cleonis aequalis, qui sub Ol. LXXXVIII. 2 amicum pridem sociumque oppidum Mytilenen, ab Atheniensibus defectum, armis redire ad officium coëgisset. Sed hunc Charetem cave credas unquam exstitisse. Nomen Χάρης in Scholio laudato non nisi librariorum debetur errori, mutandum in Πάχης, quod novissimum editorem, Duebnerum, praeteriisse demiror. Πάχης enim ὁ Ἐπικούρου (Thucyd. III. 18.) vel ὁ Ἐπικλήρου (Diod. Sic. XII. 55.) expeditioni adversus Mytilenaeos Praetor interfuit. Cf. quos laudat Oudendorp. ad Jul. Frontin. IV. 17.

disse mihi videntur. Meminit illius Charetis Auctor *Etymologici M.* [1]), cujus locum paulo mutatum et contractum, laudato pariter Charete, redditum legas a Photio [2]) et in *Anecdotis*, quas edidit Bachmannus [3]). Eundem designari efficias a Scholiastis Aristophanis [4]) et Homeri [5]), unde profectus facile crediderìs ubivis non alium intelligendum esse Charetem, quam *Διορθωτικῶν* auctorem, alibi laudatorum [6]). Sed vide ne te inducat prava nominis scriptura. *Χάρης* librariorum negligentia e genuino *Χαῖρις* manasse suspicor, quod quodammodo jam refert editum in Herodiani libro *Ἰσίχαρις*, multoque magis Palatini Scholiorum Homericorum codicis lectio *Χάρις* [7]),

---

Denique monendum, scientem me omisisse in hoc catalogo Charetem, qui Atheniensium dux memoratur a Schol. Aristoph. *Vespp.* 904, 919, 957: hic enim non *Χάρης* dictus fuit, sed, ut in *Indice* Duebnerus animadvertit, *Λάχης*. Nec me fugit locus in Bekkeri *Anecd. Graec.* I p. 191, 27 v. *Ὀργεῶνες*, ubi item mentio est Charetis cujusdam, Oratoris. Leguntur eadem in *Bibl. Coisl.* p. 489, sed scribitur ibi *Χάρις*. Quo nomine offensus Albertius ad Hesychium v. *Ὀργεῶνες* II p. 775 jam restituerat *Χάρης*, memor verborum Photii v. *Ἦ δ' ὅς*, et Suidae v. *Ἀντίπατρος* I p. 227, sed merito castigatus a Ruhnkenio l. l. p. XCII sq., quod Charetem notissimum Atheniensium Imperatorem intelligendum putasset. Ipse vero Ruhnkenius in eo falsus est, quod *Χαρίσιος* explodens correxit *Δείναρχος*: nam, teste Morellio *Bibl. Mss.* I p. 304, in cod. Marc. 433 re vera l. l. scribitur *Χαρίσιος*, ut annotavit Bekkerus in *Indice* v. *Chares*.

1) v. *Ἦ δ' ὅς* p. 416, 31.

2) Sub ead. voc. p. 62, 10. Albertius ad Hesych. de Rhetore Charete h. quoque l. agi putabat.

3) I p. 249, 8.

4) *Avv.* 877, ex quo loco Duebnerus *Χάρης* restituit Herodiano *Περὶ μον. λεξ.* p. 42, 14, ubi quod editum est *Ἰσίχαρις* nomen vix redolet.

5) Ad *Iliad.* (ed. Bekk.) *Z.* 4.

6) *Scholia* puta ad Odyss. (ed. Buttm.) *H.* 80.

7) Testatur Buttmannus ad l. l., monens simul jam a Boeckhio commendatam esse lectionem *Χαῖρις*. Non pertinet huc, quod debetur conjecturae Jonsii *Hist. Phil.* I. 15. 5 p. 98, nomen *Χάρις*, pro quo in cod. Paris. scribitur *Χάρης*, ap. Scholiast. Apoll. Rhod. IV. 1470. Laudatur ille *Χάρις* non *ἐν ἀχρόνων*, ut Jonsius legit, sed *ἐν ά Χρόνων*, hoc modo: *ὅτι τὸν Κίον ἔκτισεν, εἴρηκεν αὐτὸ Χάρις ἐν πρώτῳ Χρόνων*, satis inepte.

quum aliis locis aut *Χαῖρον* exhibeat aut *Χᾶριν* [1]). *Chaeris* ille, Apollonii Sophistae pater [2]), insignis fuit grammaticus, quem in Pindari carmina commentarios edidisse apparet [3]). His vero plura scripsisse demonstratur laudatis modo in Aristophanem [4]) et Homerum [5]) *Scholiis*, quibus utrisque simul etiam Charetem criticum fingi vidimus. Facillima autem est nominis *Χαῖρις* in *Χᾶρις* vel *Χάρις*, hujus rursus in notissimum *Χάρης* depravatio [6]), cujus rei splendidissimum exemplum praebent *Anecdota* illa, quae nuper Crameri cura pro-

---

Nec vitium sustulit Wellauerus, quum *Χρονικῶν* emendandum censeret. Verum nomen apud Scholiastam invenit servavitque Eudocia p. 341 v. *Πολύφημος*, scribendo *Αὐτόχαρις*. Quod tamen ne viderem primus, cavit Westermannus, qui ad Voss. *H. G.* p. 408 eandem conjecturam protulit. Est igitur nomen *Αὐτόχαρις* juxta formam patronymicam *Αὐτοχαρίδας*, quae legitur apud Thucyd. V. 12, in Lexica recipiendum.

1) Vid. Villoisoni *Prolegg.* ad Hom. *Iliad.* p. XXIX et ad *Lexic.* Apoll. p. XX.

2) Apollon. v. *Φήνη* p. 686 (ed. Toll.), v. *Ὦπος* p. 729; Schol. Aristoph. *Vespp.* 1231; Schol. Hom. *Iliad.* *Γ.* 448. *Χαῖρις ἀσματογράφος* ex Phalereo Demetrio laudatur a Tzetz. ad Lycophr. p. 260 ed. Muell. De aliis Chaeridibus, tibicinibus, cf. Suidas v. *Χαῖρις* III p. 661 et in primis Aristoph. *Acharn.* 16, 866; *Avv.* 859; *Pac.* 951 sqq. ibique Schol., unde sua petiit Suidas.

3) Vid. *Scholia* in *Pyth.* (ed. Heyne) IV. 18, 61, 156, 195, 259, 313, 446, atque in *Nem.* I. 49.

4) Ad *Vespp.* 672, *Rann.* 1060.

5) Ad *Iliad.* *B.* 311, 865; *Z.* 71; *I.* 605; *N.* 103. Adde *Anecd. Graec.* ed. Bekk. II p. 663, 10.

6) Contra *Χάρης* Schweighaeuserus in suo codice depravatum legit in *Χάρις* ap. Athen. XII p. 514 E. Nemo quisquam autem, opinor, eo conjecturam meam refelli putet, quod in *Scholiis* ad Aristoph. *Avv.* 877 dicitur: *Ἐπιμερισμῷ φησὶ* (*Δίδυμος*) *Χάρητα λέγειν βαρύνειν Ἀττικοὺς τὸ στροῦθος*, quasi hic difficilior fuerit nominis *Χαίριδα* in *Χάρητα* mutatio. Non iste librariorum error est, sed scholii auctoris, qui in Didymi corrupto exemplari quum scriptum legisset: *ἐπιμ. Χάρις λέγει βαρ. Ἀττ. τὸ στρ.*, hinc suum pejus etiam cudit *Χάρητα*. Nam ita fere in Didymi commentariis vel commentariorum excerptis vitiose editum fuisse, probat quodammodo Herodiani locus, quem supra indicatum nunc apponam: *Σημειῶδες ἄρα τὸ στρουθὸς ὀξυνόμενον· Ἰσίχαρις δέ φησιν Ἀττικοὺς βαρύνειν τὸ ὄνομα.*

diere [1]), comparata cum *Scholiis* in Homerum a Bekkero vulgatis [2]). Ut enim hoc loco legitur recte : *Χαῖρις δέ φησιν οὐκ εἶναι ἐν δισυλλάβοις ἀναλογίαν*, ita ad eadem Homeri verba apud Cramerum eadem pessime scripta exstat annotatio : *Χάρης δὲ οὐκ εἶναι ἐν δισυλλάβοις ἀπολογίαν* (sic) *φησίν*. Itaque, de mea quidem sententia, et dictis locis omnibus, et si qui alii hujuscemodi meos oculos fugerunt, grammatico illi *Χαῖρις* nomen reddatur oportet.

---

1) III p. 285, 23.
2) Ad *Iliad.* N. 103.

C H A R E T I S

FRAGMENTA.

CHARETIS

FRAGMENTA.

I.

Gellius *N. A.* V. 2. *Equus Alexandri Regis et capite et nomine Bucephalas fuit. Emtum* Chares *scripsit talentis tredecim, et Regi Philippo donatum. Super hoc equo dignum memoria visum, quod, ubi ornatus erat armatusque ad proelium, haud unquam inscendi sese ab alio nisi a Rege passus sit.*

Ut urbis, quam in equi sui memoriam Alexander condidit, scribi varie nomen solet, ita ipsi equo vel *Bucephalas* datur nomen vel *Bucephalus*, quorum illud plurimis scriptoribus receptum merito tuetur post Gronovium Ellendtius ad Arrian. V. 19. 7. Equum illum praeter Alexandrum admisisse neminem sessorem, tantum non omnes, qui ejus meminerunt, scripto mandarunt; de ratione vero, qua Bucephalas in Philippi potestatem transiit, non ita constat. Chares si, tredecim talentis emptum, *dono datum* Philippo dixit, de Demarato Corinthio locutus esse videtur, Philippi hospite, ut Diod. Sic. XVII. 76. Contra *venumdatum* Philippo ipsi a Philonico Thessalo, seu

potius Pharsalio, totidem talentis, tradunt Plutarchus *Vit. Alex.* VI et Plinius *H. N.* VIII. 64. Utrum verum sit, non magni refert. Nec celabo tamen, mihi excerpto Gelliano non nimis tribuendum videri. Emerat aliquando Gellius Brundusii libros plurimos Graecos, miraculorum fabularumque plenos, quibus Aristeae Proconnesii, Isigoni Nicaeënsis, Ctesiae, Onesicriti, Polystephani (l. Philostephani), Hegesiae aliorumque non ipsa quidem opera, si recte conjicio, sed loca selecta continebantur. «Eos omnes, ait, duabus noctibus cursim transeo : atque in legendo carpsi exinde quaedam, et notavi mirabilia et scriptoribus fere nostris intentata; *eaque his commentariis adspersi.*» Vid. IX. 4. Eodem modo tum reliqua Gellii de Bucephala, Alexandri in proelio servatore, ejusdemque equi morte, tum quod haec praecedit, Charetis fragmentum ad nos pervenisse arbitror, sed corruptum tamen, sive id Epitomatoris culpa factum sit seu lucubrantis Gellii, duas de empto deque donato Bucephala traditiones, quas deinceps scriptas legebat, confundentis. Genuinam esse Charetis narrationem et totam ad hunc pertinere censeo, quam prolixiorem l. l. Plutarchus servavit, qui scriptor et omnino in talibus diligenter adhibuit Charetem, et quem nullo intervallo praemisit de Lysimacho locum ex eodem desumpsisse putandus est. Vid. ad Fragm. IV.

II.

Plutarch. *Vit. Alex.* XX. *Αὐτὸς* (*Ἀλέξανδρος*) *τῷ δεξιῷ τὸ εὐώνυμον ὑπερβαλὼν, καὶ γενόμενος κατὰ κέρας, φυγὴν ἐποίησε τῶν καθ' αὐτὸν βαρβάρων, ἐν πρώτοις ἀγωνιζόμενος· ὥστε τρωθῆναι ξίφει τὸν μηρὸν, ὡς μὲν Χάρης φησὶν, ὑπὸ Δαρείου· συμπεσεῖν γὰρ αὐτοὺς εἰς χεῖρας.*

Falsum esse Charetem ex Epistola Alexandri ad Antipatrum statim hoc ipso loco ostendit Plutarchus, nec minus *Orat. de Alex.* II. 9 : *Ἐν Ἰσσῷ*, inquit, *ξίφει* (*ἐπλήγη*) *τὸν μηρὸν, ὡς Χάρης φησὶν, ὑπὸ Δαρείου τοῦ βασιλέως, εἰς χεῖρας αὐτῷ συνδραμόντος. Αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος, ἁπλῶς γράφων καὶ μετὰ πάσης ἀληθείας πρὸς Ἀντίπατρον· «Συνέβη δέ μοι, φησὶ, καὶ αὐτῷ ἐγχειριδίῳ πληγῆναι εἰς τὸν μηρόν· ἀλλ' οὐδὲν ἄτοπον οὔτε παραχρῆμα οὔτε ὕστερον ἐκ τῆς πληγῆς ἀπήντησεν.»* Ceteri,

ut Plutarchus l. l. I. 2, simpliciter narrant cum Curtio III. 11. 10: «Alexandri dextrum femur leviter mucrone perstrictum est.» Auctoris *Itiner.* XXXVI, verba Arriani II. 12. 1 in Latina vertentis, mala fides unicuique legenti in oculos incurret.

III.

E LIBRO III.

Athen. IV p. 171 B. *Χάρης ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν Πτολεμαῖόν φησι τὸν Σωτῆρα ἐδέατρον ἀποδειχθῆναι Ἀλεξάνδρου.*

Vocem Ἐδέατρον Athenaeo primus restituit Valckenarius ex Ammonio s. v. p. 48, docente Ἐλέατρον dictum esse *τὸν μάγειρον, παρὰ τοὺς ἐλεούς, Ἐδέατρον* vero *τὸν προγεύστην, παρὰ τὰ ἐδέσματα.* Illud in Charetis fragmentum irrepserat, quamquam Artemidori praecedebat monitum: *Ἐκάλουν καὶ τοὺς προγεύστας Ἐδέατρους, ὅτι προήσθιον τῶν βασιλέων πρὸς ἀσφάλειαν.* Quibus simillima legas ap. Eustath. ad *Odyss.* A p. 1403, 40 (ed. Rom.), Suid. v. Ἐδέατρος I p. 677 et Auct. *Etymol. M.* p. 315, 37. Postera aetate quae fuerint Ἐδεάτρων officia, iidem declarant. Cf. Valcken. in *Animadv.* ad Amm. p. 74. Erat autem Ἐδεάτρου *τὸ μὲν ὄνομα,* ut ajunt, *Ἑλληνικόν, ἡ δὲ χρῆσις Περσική.* Alexandrum hoc munus in Ptolemaeum contulisse, anteaquam hunc in virtutis praemium summa omnium *Σωματοφύλακος* dignitate ornaret, (quod a. 330 factum esse monui supra p. 7, quo fere tempore reliquum Persarum Medorumque cultum induit), tum per se probabile est, tum inde conjicias licet, quod Chares jam *tertio* libro Ptolemaei Ἐδεάτρου mentionem injecit, quum *quinto* demum de Regum Persarum moribus exposuisse videatur, ut indicat Fragm. VII.

IV.

Plutarch. *Vit. Alex.* XXIV. *Διὰ μέσου τῆς (Τύρου) πολιορκίας, ἐπὶ τοὺς Ἄραβας τοὺς προσοικοῦντας τῷ Ἀντιλιβάνῳ στρατεύσας (Ἀλέξανδρος), ἐκινδύνευσε διὰ τὸν παιδαγωγὸν Λυσι-*

μαχον· ἐξηκολούθησε γὰρ αὐτῷ, λέγων τοι Φοίνικος οὐκ εἶναι χείρων, οὐδὲ πρεσβύτερος. Ἐπεὶ δὲ πλησιάσας τοῖς ὀρεινοῖς, καὶ τοὺς ἵππους ἀπολιπὼν, πεζὸς ἐβάδιζεν, οἱ μὲν ἄλλοι πολὺ προῆλθον, αὐτὸς δὲ τὸν Λυσίμαχον, ἑσπέρας ἤδη καταλαμβανούσης, καὶ τῶν πολεμίων ἐγγὺς ὄντων, ἀπαγορεύοντα καὶ βαρυνόμενον οὐχ ὑπομένων ἀπολιπεῖν, ἀλλ' ἀνακαλούμενος καὶ παρακομίζων, ἔλαθε τοῦ στρατεύματος ἀποσπασθεὶς μετ' ὀλίγων, καὶ σκότους ἅμα καὶ ῥίγους σφοδροῦ νυκτερεύων ἐν χωρίοις χαλεποῖς. Εἶδεν οὖν πόῤῥω πυρὰ πολλὰ καιόμενα σποράδην τῶν πολεμίων· θαῤῥῶν δὲ τοῦ σώματος τῇ κουφότητι καὶ τῷ πονεῖν αὐτὸς ἀεὶ, παραμυθούμενος τὴν ἀπορίαν τῶν Μακεδόνων, προσέδραμε τοῖς ἔγγιστα πῦ ρκαίουσι· καὶ περικαθημένους τῇ πυρᾷ δύο βαρβάρους πατάξας τῷ ἐγχειριδίῳ, καὶ δαλὸν ἁρπάσας, ἧκε πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ κομίζων. Ἐγκαύσαντες δὲ πῦρ πολὺ, τοὺς μὲν εὐθὺς ἐφόβησαν, ὥστε φυγεῖν, τοὺς δ' ἐπιόντας ἐτρέψαντο, καὶ κατηυλίσθησαν ἀκινδύνως. Ταῦτα μὲν οὖν Χάρης *ἱστόρηκεν.*

Hujus Alexandri paedogogi, inepti hominis, quasi imaginem exhibet Plutarchus l. l. V, quam ex Charetis descriptione expressam esse suspicor. Sunt autem haec illius de Leonida praeceptore locuti verba : *Ὁ δὲ τὸ σχῆμα τοῦ παιδαγωγοῦ καὶ τὴν προσηγορίαν ὑποποιούμενος ἦν Λυσίμαχος, τῷ γένει Ἀκαρνὰν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχων ἀστεῖον, ὅτι δ' ἑαυτὸν μὲν ὠνόμαζε Φοίνικα, τὸν δ' Ἀλέξανδρον Ἀχιλλέα, Πηλέα δὲ τὸν Φίλιππον, ἠγαπᾶτο, καὶ δευτέραν εἶχε χώραν.* Ceterum de fabella Charetis verissima est sententia Droyseni, *Gesch. Alex.* p. 188 : «*Die bravourgeschichte des Chares mag sich im Munde der alten Macedonischen Krieger besser gemacht haben als in den Berichten des Historikers.*»

V.

Plinius *H. N.* XXXVII. 11. 1. Chares (*dixit*) *Phaëthontem in Aethiopia Hammonis obiisse. Ob id delubrum ibi esse atque oraculum, electrumque gigni.*

Omnibus et lippis nota est et tonsoribus fabula de Phaëthonte, Solis filio, ejusque sororibus, quae in populos mutatae ad Eridanum quotannis electrum pro lacrymis exsudare ferebantur :

nam in illum fluvium aut certe in lacum ei proximum Phaëthontem delapsum esse narrant omnes. Chares tantum in Aethiopia *Hammonis* eum obiisse testatur; quo tamen nomine non memini a quoquam Aethiopiam appellari, nec posse appellari puto. Nil mirum adeo, si in alienum locum ea vox migravit, post *oraculum* reponenda: nam praeter celebratissimum illud Ammonis oraculum in Libya, alterum ejusdem Dei fuisse in Aethiopum metropoli Meroë, vel ex Herodoto (II. 29, coll. 42.) palam est; quibus tertium in Numidia addit Virgil. *Aen.* IV. 198 sqq., ubi cf. Servius. Cum Phaëthonteae fabulae interpretatione, qualem Chareti placuisse Plinius perobscure indicavit, aliquatenus fortasse cohaerent, quae de Aethiopibus Solem exosis adduxit Strabo XVII p. 1178 A. Esse enim *οὕς γε καὶ τὸν ἥλιον φασὶν ἐχθαίρειν καὶ κακῶς λέγειν, ἐπειδὰν προσίδωσιν ἀνίσχοντα, ὡς καίοντα καὶ πολεμοῦντα αὐτοῖς, καταφεύγειν τε εἰς τὰ ἕλη.*

VI.

Athen. XII p. 513 F. *Κληθῆναι τὰ Σοῦσά φησιν Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου· σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φώνῃ τὸ κρίνον.*

Simillima sunt quae de Susis habet Steph. Byz. s. v. p. 258, 34, ex quo sua hausit de more Eustathius ad Dionys. Perieg. 1073 p. 280: *Κέκληται*, ait *ἀπὸ τῶν κρίνων, ἃ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πεφύκει ἐκείνῃ, σοῦσάν τε αὐτὸ καλοῦσιν οἱ βάρβαροι.* Postrema Salmasius legi voluit: *σοῦσον δὲ αὐτὸ κ. ο. β.*, sensu haud multo meliore: *αὐτὸ* enim quo referas? Eadem sic potius mutanda puto, ut scribamus: *σοῦσά τε αὐτοὶ κ. ο. β. Σοῦσα γὰρ ἐγχωρίως* (l. *ἐγχωρίοις*) *τὰ κρίνα*, ut ipse pergit Eustathius. Cff. Auct. *Etymol. M.* p. 722, 24; Dioscor. I. 52. Inde *σούσινον* dictum *τὸ ἐκ κρίνου μῦρον.* Vide, ne alios nominem, *Etymol. M.* l. l. et Theophrast. ap. Athen. XV p. 689 D. In fragmento Charetis Schweighaeuserus vulgatam lectionem *τῇ Ἑλλήνων φ. τὸ κρ.* jure retinuisse videtur, sollicitatam a Casaubono, qui *τῇ Ἑλληνικῇ φ.* vel *τῇ ἐκείνων φ.*, et a Coraë, qui *τῇ Μήδων φ.* vel, transposito articulo, *το τῇ Ἑλλήνων φωνῇ κρίνον* malebat. De re ipsa adi Hamme-

rum, *Fundgr. d. Orients* VI. 3 p. 339, et Bochartum, *Geogr. sacr.* II. 14 p. 752.

VII.

E LIBRO V.

Athen. XII p. 514 E. *Χάρης ὁ Μυτιληναῖος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστοριῶν· «Εἰς τοῦτο, φησίν, ἧκον τρυφῆς οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς, ὥστε ἔχεσθαι τῆς βασιλικῆς κλίνης ὑπὲρ κεφαλῆς οἴκημά τι πεντάκλινον, ἐν ᾧ χρυσίου πεντακισχίλια διὰ παντὸς ἔκειτο τάλαντα· καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο προσκεφάλαιον βασιλικόν· καὶ πρὸς ποδῶν ἕτερον οἴκημα τρίκλινον, οὗ τάλαντα τρισχίλια ἔκειτο ἀργυρίου, καὶ προσηγορεύετο βασιλικὸν ὑποπόδιον. Ἦν δ' ἐν τῷ κοιτῶνι καὶ λιθοκόλλητος ἄμπελος χρυσῆ ὑπὲρ τῆς κλίνης.»*

De hac aurea vite gemmeisque uvis Schweighaeuserus jam conferri, quae statim post e *Σταθμοῖς* Amyntae jussit, et in primis quae p. 539 D e Phylarchi *Ἱστορίαις* Athenaeus excerpsit, coll. Brisson. *Regn. Pers.* I. 77.

VIII.

Plutarch. *Vit. Alex.* XLVI. *Ἐνταῦθα πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὴν Ἀμαζόνα οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ὧν καὶ Κλείταρχός ἐστι καὶ Πολύκριτος —· Ἀριστόβουλος δὲ καὶ Χάρης ὁ Εἰσαγγελεὺς καὶ Πτολεμαῖος — πλάσμα φασὶ γεγονέναι τοῦτο.*

Post ea quae dicta sunt ad *Durid. Rell.* p. 89 sq. vide quae supra annotavi p. 11. Refertur historia a Plutarcho ad tempora, victoriam de Scythis proxime insecuta, i. e. ad a. 329 exeuntem. Cf. Diod. Sic. XVII. 77.

IX.

Athen. X p. 434 D. *Καλλισθένης ὁ σοφιστής, ὡς Λυγκεὺς ὁ Σάμιός φησιν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασι καὶ Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης ἐν ταῖς Ἱστορίαις, ἐν τῷ συμποσίῳ τοῦ Ἀλεξάνδρου, τῆς τοῦ ἀκράτου κύλικος εἰς αὐτὸν ἐλθούσης, ὡς διωθεῖτο, εἰπόντος τινὸς αὐτῷ· «Διὰ τί οὐ πίνεις;» «Οὐδὲν δέομαι, ἔφη, Ἀλεξάνδρου πιὼν, τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι.»*

Illustrat Callisthenis responsum Plutarchus *Symp.* I. 6. 1: *Κύλικα*, inquit, *λεγομένην Ἀλεξάνδρου, μεγάλην, ἐλθοῦσαν ἐπ' αὐτὸν ἀπεώσατο, φήσας, οὐκ ἐθέλειν, Ἀλεξάνδρου πιὼν, Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι.* Alibi (*de cohib. ira* III.) his verbis illud complectitur: *Οὐ βούλομαι, πιὼν Ἀλεξάνδρου, Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι*, non tanto utique acumine, quanto dicterium Callisthenis, iterato verbo *δέομαι*, Chares expressit. Quomodo vero Schweighaeuserus, quum ad genitivum *Ἀλεξάνδρου* recte audiret simul *κύλικα*, hanc eandem vocem ad *Ἀσκληπιοῦ* intellexerit, me plane fugit.

X.

Plutarch. *Vit. Alex.* LIV. *Χάρης ὁ Μυτιληναῖός φησι, τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ συμποσίῳ πιόντα φιάλην προτεῖναι τινὶ τῶν φίλων· τὸν δὲ δεξάμενον πρὸς ἑστίαν ἀναστῆναι, καὶ πιόντα προσκυνῆσαι πρῶτον, εἶτα φιλῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον [ἐν τῷ συμποσίῳ], καὶ κατακλιθῆναι. Πάντων δὲ τοῦτο ποιούντων ἐφεξῆς, τὸν Καλλισθένη λαβόντα τὴν φιάλην, οὐ προσέχοντος τοῦ βασιλέως, ἀλλ' Ἡφαιστίωνι προσδιαλεγομένου, πιόντα προσιέναι φιλήσοντα. Δημητρίου δὲ, τοῦ προσονομαζομένου Φείδωνος, εἰπόντος· «Ὦ βασιλεῦ, μὴ φιλήσῃς· οὗτος γάρ σε μόνος οὐ προσκεκύνηκε,» διακλῖναι τὸ φίλημα τὸν Ἀλέξανδρον· τὸν δὲ Καλλισθένη μέγα φθεγξάμενον εἰπεῖν· «Φιλήματι τοίνυν ἔλασσον ἔχων ἄπειμι.»*

Eandem historiam, pariter fortasse petitam ex Charete, ita descripsit Arrianus IV. 12. 3—5: *Ἀναγέγραπται καὶ τοιόςδε λόγος· προπίνειν φιάλην χρυσῆν ἐν κύκλῳ Ἀλέξανδρον, πρώτοις μὲν τούτοις, πρὸς οὕστινας ξυνέκειτο αὐτῷ τὰ τῆς προσκυνήσεως· τὸν δὲ πρῶτον ἐκπιόντα τὴν φιάλην προσκυνῆσαί τε ἀναστάντα καὶ φιληθῆναι πρὸς αὐτοῦ, καὶ τοῦτο ἐφεξῆς διὰ πάντων χωρῆσαι· ὡς δὲ ἐς Καλλισθένην ἧκεν ἡ πρόποσις, ἀναστῆναι μὲν Καλλισθένην καὶ ἐκπιεῖν τὴν φιάλην, καὶ προσελθόντα ἐθέλειν φιλῆσαι οὐ προσκυνήσαντα. Τὸν δὲ τυχεῖν μὲν τότε διαλεγόμενον Ἡφαιστίωνι· οὔκουν προσέχειν τὸν νοῦν, εἰ καὶ τὰ τῆς προσκυνήσεως ἐπιτελῆ αὐτῷ Καλλισθένει ἐγένετο. Ἀλλὰ Δημήτριον γὰρ τὸν Πυθώνακτος, ἕνα τῶν ἑταίρων, ὡς προσήει αὐτῷ ὁ Καλλισθένης φιλήσων, φάναι ὅτι οὐ προσκυνήσας πρόσεισι· καὶ τὸν Ἀλέξανδρον οὐ παρασχεῖν φιλῆσαι*

ἑαυτόν· τὸν δὲ Καλλισθένην· «Φιλήματι, φαναι, ἔλαττον ἔχων ἄπειμι.» Cff. quae de Callisthene, προσκύνησιν constanter negante, leguntur apud Curt. VIII. 5. 13 sqq, et Droysen. p. 352 sq. In excerpto Plutarchi v. 4 sq. delenda videntur verba ἐν τῷ συμποσίῳ, satis jejune ex prioribus repetita.

XI.

Plutarch. l. l. LV. Ἀποθανεῖν αὐτὸν (Καλλισθένη) οἱ μὲν ὑπ᾽ Ἀλεξάνδρου κρεμασθέντα λέγουσιν, οἱ δ᾽ ἐν πέδαις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα· Χάρης δέ, μετὰ τὴν σύλληψιν ἑπτὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον, ὡς ἐν τῷ συνεδρίῳ κριθείη, παρόντος Ἀριστοτέλους· ἐν αἷς δ᾽ ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη, περὶ τὴν Ἰνδίαν ἀποθανεῖν, ὑπέρπαχυν γενόμενον καὶ φθειριάσαντα.

Varia historicorum testimonia de supplicio Callisthenis commemorata videas ad Aristob. Fragm. XXVIII p. 94 sq. Omnium ut est accuratissima, ita esse videtur verissima haec Charetis narratio. Cf. Stahr. *Aristot.* I p. 129. Eundem vero non laudandum esse, si Indiae genti Μαλλῶν Ὀξυδράκων nomen indiderit, colligitur ex iis, quae dicta sunt ad Aristob. Fragm. XLI p. 110.

XII.

Plutarch. *Vit. Phoc.* XVII. Δοῦρις εἴρηκεν, ὡς μέγας γενόμενος (Ἀλέξανδρος), καὶ Δαρείου κρατήσας, ἀφεῖλε τῶν ἐπιστολῶν τὸ Χαίρειν, πλὴν ἐν ὅσαις ἔγραφε Φωκίωνι. Τοῦτον δὲ μόνον, ὥσπερ Ἀντίπατρον, μετὰ τοῦ Χαίρειν προσηγόρευε. Τοῦτο δὲ καὶ Χάρης ἱστόρηκε.

Geelii Viri Clar. conjecturam pro ὥσπερ Ἀντίπατρον corrigentis ὡσπερανεὶ πατέρα explicare et argumentando munire studuit doct. van Gent *Epist. crit.* p. 10 sqq. Mihi hujus loci, quamvis sordidius a Plutarcho scripti, vulgata lectio satis tum intelligi tum vero defendi posse videtur; sin minus, non ea indigere medicina, quam ei Geelius praescripsit. Quod utrumque ostendam.

Primum igitur moneam, non magis cum Duride nobis rem esse, quam cum Plutarcho, suis verbis referente, quae apud

illum et Charetem legerit. Duris, opinor, in *Macedonicorum* libris de fastu Alexandri M. exponens, hoc gravissimum attulerat elati animi argumentum, ut qui antea amicis, tam exteris quam popularibus, amice scripsisset, idem Asiae victor, posita vetere observantia ac humanitate, solennem *τοῦ Χαίρειν* formulam in Epistolis prae superbia omisisset, nisi quod duos in primis excipiendos putasset, Antipatrum, quem regni ministrum in Macedonia reliquisset, et Phocionem, propter insignem morum probitatem spectatissimum ipsi virum. Scripserit igitur Duris, ita fere ut volebat doct. v. Gent p. 11: *Ἀφεῖλεν Ἀλέξανδρος τῶν ἐπιστολῶν τὸ Χαίρειν, πλὴν ἐν ὅσαις ἔγραφε Φωκίωνι καὶ Ἀντιπάτρῳ· τούτους δὲ μόνους μετὰ τοῦ Χαίρειν προσηγόρευε.* Quae vel alia simillima in libro Duridis lecta cur non integra reddiderit Plutarchus, non eodem certe verborum ordine, causa in aperto est. Eo enim, quem suprà descripsimus, loco non de Alexandri rebus et ingenio absolvit, sed Phocionis scribit vitam, Phocionis pingit mores, Phocionis politica exponit consilia, ad Phocionem, quae narrat, referuntur omnia. Itaque e loco Duridis, de Phocione et Antipatro simul agentis, ea potissimum Plutarchus selegit, quae qualem quantumque honorem Phocioni Alexander habuisset declararent, *ὡς μέγας γενόμενος καὶ Δαρείου κρατήσας ἀφεῖλε τῶν ἐπιστολῶν τὸ Χαίρειν, πλὴν ἐν ὅσαις ἔγραφε Φωκίωνι.* Quum vero Duris, quod Chares quoque addiderat, parem honorem habitum fuisse Antipatro scripsisset, quod quidem nemo facile dubitasset, id ipsum haud praetermittendum ratus, Plutarchus statim pergit: *τοῦτον δὲ μόνον, ὥσπερ Ἀντίπατρον, μετὰ τοῦ Χαίρειν προσηγόρευε.* Quae verba tantum abest ut inficeta laborent *ταυτολογίᾳ* (v. Gent p. 11.), vel de honore Phocionis quidquam detrahant, ut et prius dicta corrigant et laudes Phocionis quam maxime augeant; siquidem victoriis elato Regi Atheniensem Phocionem eodem in honore pretioque fuisse apparet, quo Macedonem Antipatrum, qui ipsius nomine rebus gerendis in Europa praeësset. Nec multa opera solvitur simul quaestio, quam primam proponit v. Gent p. 10 sq., «an ullo pacto defendi possit vulgata lectio, secundum quam Alexander Phocionem *solum*, *uti Antipa-*

trum, in Epistolis solenni illa formula τοῦ Χαίρειν fuerit allocutus.» Vocabulum μόνον non absolute, ut ajunt, positum est. *Solus* Phocion perpetua Alexandri observantia gaudebat, φίλος καὶ ἰδιόξενος, qua fruebatur e popularibus Antipater, qua omnino pauci familiarium. Quod diserte declarat Plutarchus in his, quae excerpto Duridis nullo intervallo praemisit. Ἰδίᾳ, inquit, τὸν Φωκίωνα ποιησάμενος αὐτοῦ φίλον καὶ ξένον εἰς τοσαύτην ἔθετο τιμὴν, ὅσην εἶχον ὀλίγοι τῶν ἀεὶ συνόντων. Quibus monitis statim addit: Ὁ γοῦν Δοῦρις κ. τ. λ. Nihil autem huc attinet, quod de Antipatro res ea nusquam traditur, ut monet doct. v. Gent. Integrae Alexandri ad Antipatrum Epistolae nusquam, quantum scio, exstant; exstant vero fragmenta, quae evidentissime arguunt, Alexandrum, quamvis sub finem vitae, quum mali ominis multa ei obversarentur, Antipatrum et Cassandrum aliosque suspectos haberet, non desiisse tamen ita illo uti, ut eorum quae maxime grata vel mirabilia ipsi accidissent, faceret illum continue certiorem. Quam vero tangit v. Gent l. l. mutuam Alexandri et Antipatri suspicionem, ea haud scio an vulgatae lectioni magnopere faveat, quandoquidem ipsa suspicione, ne regnum Antipater affectaret, moniti Alexandri pluris etiam intererat cavere, ne, dum ineptae superbiae veterem observantiam postponeret, praepotentem regni ministrum magis in se concitaret et exasperaret. Neque intelligo, quid Alexander, si etiam in Epistolis, dempto τῷ Χαίρειν, tantum et comitatis et humanitatis commode potuit simulare, ut nihil suspicionis suspecto Antipatro moveret, tollendo vulgarem usuque tritam formulam in hac comitatis et humanitatis simulatione spectasset. Tandem, ut etiam de Aeliano videamus, hujus nescio an in his ulla sit auctoritas. Aelianus enim, ut saepius Plutarcho fonte usus est et prae festinatione aliorum quoque scriptorum verba negligentissime descripsit (v. Gent p. 13.), ita quaecunque I. 25 de Phocione collegit, non deprompsit a Duride (v. Gent p. 12.), sed e Plutarcho petiit, quem cf. *Vit. Phoc.* XVIII; nec verbotenus quidem, sed rei, quam agebat, accommodate. Solet enim ille, quod sane plurimis exemplis potest probari, quae ad rem suam pertinere credit, pro lubitu mutare, quae non per-

tinere putat, omittere. Quid igitur mirum, si, verbis ὥσπερ Ἀντίπατρον neglectis, Aelianus, uni Phocioni ejusque cum Alexandro consuetudini l. l. intentus: Ἀλέξανδρος, inquit, ὁ Φιλίππου, — Φωκίωνι μόνῳ, φασὶ, τῷ Ἀθηναίων στρατηγῷ, γράφων, προσετίθει τὸ Χαίρειν. Nec magis persuadet doct. v. Gent, ubi ad Geelii et suam sententiam tuendam in ceteris Aeliani verbis aliquod praesidium positum censet. Nam quae subjunguntur: οὕτως ἄρα ᾑρήκει τὸν Μακεδόνα ὁ Φωκίων, iis num Aelianus vera expresserit Plutarchi verba: ὡσπερανεὶ πατέρα, adeo dubitari posse reor, ut illi loco nihil aliud inesse videam, nisi rei statim ante narratae velut explicationem, profectam ex eodem Epitomatoris penu, cui insulsas istas, quae post verba Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου leguntur, debemus facetias: εἰ δέ τῳ δοκεῖ, ὁ τοῦ Διός· ἐμοὶ γὰρ οὐδὲν διαφέρει.

Sed fortasse jam latius, quam oportuerat, sum in hoc campo exspatiatus. Pauca tamen addam de ipsa Geelii conjectura ὡσπερανεὶ πατέρα, quam quidem etiam qui non necessariam habeat, primo obtutu perquam speciosam videri haud negaverit, modo ne scrupulum injiciat insolentia vocabuli ὡσπερανεὶ, Plutarcho nusquam usurpati. Quod vero ante omnia hoc loco in censum venit, si Alexandrum concedimus Phocionem adeo esse reveritum, ut hunc ille *tanquam patrem* coleret; ecquod inesse potest in formula τοῦ Χαίρειν Alexandri, velut filii, in Phocionem, velut patrem, reverentiae argumentum, «ita quidem, ut ad hunc, tanquam ad patrem, scribens, τὸ Χαίρειν omittere quasi non fuerit ausus» (v. Gent p. 12.)? Nam decantata fuit illa in Epistolis formula, inter pares et amicos, nec vero inter patres tantum et filios adhiberi solita. Quod quum ita sit, Geelii conjectura, si sententiam spectas, tam parum commendatur, ut, si qua emendatione indigeat vulgata lectio, in alia omnia quam in Viri Celeb. partes abeundum esse crediderim.

Interim, quamvis dicti loci scriptura, qualis adhuc omnibus in libris legitur, sententiae ratione habita, defendi omnino posse videatur, lubens tamen concesserim, id quod supra jam significabam, ipsam orationem Plutarchi in magno languore

a vero nitore atque elegantia sat longe abesse; quin etiam, ut progrediar ulterius, Graecam illam esse, dubito fere. *Μετὰ τοῦ Χαίρειν τινὰ προσαγορεύειν* vel fallor equidem vel inaudita est locutio, pro qua merito exspectaveris *τῷ Χαίρειν*, vel, quod magis placet, *τὸ Χαίρειν*, ut exempla probant, *quae similia* attulit amicissimus Hecker, *Comm. crit. de Anthol. Graec.* p. 244. In his igitur num forte lateat ulcus, dispiciendum.

XIII.

E LIBRO VII.

Athen. III p. 93 C. *Χάρης ὁ Μυτιληναῖος ἐν ἑβδόμῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστοριῶν φησί· «Θηρεύεται δὲ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν θάλασσαν, ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀρμενίαν καὶ Περσικὴν καὶ Σουσιανὴν καὶ Βαβυλωνίαν, παρόμοιον ὀστρέῳ· τὸ δ᾽ ἐστὶν ἁδρὸν καὶ πρόμηκες, ἔχον ἐν αὐτῷ σάρκα καὶ μεγάλην καὶ λευκὴν, εὐώδη σφόδρα. Ἐξ ὧν ἐξαιροῦντες ὀστᾶ λευκὰ προσαγορεύουσι μὲν μαργαρίτας, κατασκευάζουσι δ᾽ ἐξ αὐτῶν ὁρμίσκους τε καὶ ψέλια περὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· περὶ ἃ σπουδάζουσι καὶ Πέρσαι καὶ Μῆδοι καὶ πάντες Ἀσιανοὶ πολὺ μᾶλλον τῶν ἐκ χρυσίου γεγενημένων.»*

Non pigebit cum hoc loco comparasse, quae de Indicis margaritis Arrianus *Indic.* VIII. 11 sqq. a Megasthene deprompsit, quem sequi videtur Aelianus *de nat. anim.* XV. 8. Narrat etiam ille, *τοὺς ἁλόντας περιορᾷν κατασαπῆναι σφίσι τὴν σάρκα, τῷ δὲ ὀστρέῳ ἐς κόσμον χρῆσθαι· καὶ εἶναι γὰρ καὶ παρ᾽ Ἰνδοῖσι τὸν μαργαρίτην τριστάσιον κατὰ τιμὴν πρὸς χρυσίον τὸ ἄπεφθον, καὶ τοῦτο ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ ὀρυσσόμενον.* Plura de margaritis earumque pretio legas, ne afferam alios, apud Athen. l. l., excerpta e Theophrasto atque Androsthene, et ap. Plin. IX. 54 sqq. Ceterum cff. Salmas. ad Solinum p. 784 b et Schweigh. ad Athen. l. l.

XIV.

Athen. I p. 17 D. *Παρ᾽ Ἰνδοῖς τιμᾶται δαίμων, ὥς φησι Χάρης ὁ Μυτιληναῖος, ὃς καλεῖται Σοροάδειος· ἑρμηνεύεται δὲ Ἑλλάδι φωνῇ Οἰνοποιός.*

Bacchi cultum ab antiquissimis temporibus non tantum in Nysaeorum urbe invaluisse, ut fabulati sunt, qui de Alexandri expeditione scripserunt, sed per totam Indiam et Arabiam adeo (Fragm. Aristob. L.) longe lateque patuisse, inque plurimis beneficiis, quae ab eo accepta referrent, Indos juxta agriculturam vini usum reposuisse, affatim constat. Ajebant enim, *τὸν μὲν ἀρχαιότατον (Διόνυσον) Ἰνδὸν γεγονέναι, καὶ τῆς χώρας αὐτομάτως διὰ τὴν εὐκρασίαν φερούσης πολλὴν ἄμπελον, πρῶτον τοῦτον ἀποθλῖψαι βότρυας καὶ τὴν χρείαν τῆς περὶ τὸν οἶνον φύσεως ἐπινοῆσαι.* Quae sunt verba Diodori III. 63, conferenda cum Megasthenis loco ap. Arrian. *Indic.* VII. 5 sqq. Indicum Bacchi nomen, quod in codd. Athenaei *Σοροάδειος* legitur, *Σαρυάδειος* scribitur Plehnio *Lesbiac.* p. 210. Qua de causa, ignoro.

XV.

Athen. III p. 124 C. *Χάρης ὁ Μυτιληναῖος ἐν ταῖς περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστορίαις ὅπως δεῖ χιόνα διαφυλάττεσθαι εἴρηκε, διηγούμενος περὶ τῆς πολιορκίας τῆς ἐν Ἰνδοῖς πόλεως Πέτρας, ὀρύξαι φάσκων τὸν Ἀλέξανδρον ὀρύγματα τριάκοντα συχνὰ, ἃ πληρώσαντα χιόνος παρεμβαλεῖν δρυὸς κλάδους. Οὕτω γὰρ παραμενεῖν πλείω χρόνον τὴν χιόνα.*

Oppidum Petra dubito an alibi usquam memoretur. Quum autem situm fuisse in India dicatur, haud alia potest designari Petra quam Aornos, cui proxime adjacebat Eubolima urbs. Vid. Arrian. IV. 28. 7; Curt. VIII. 12. 1. Eodem Charetis fragmentum refert Droysenus p. 380. Cepit Aornon Alexander aestate a. 327.

XVI.

Athen. X p. 436 F—437 B. *Χάρης ὁ Μυτιληναῖος ἐν ταῖς περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστορίαις περὶ Καλάνου εἰπὼν, τοῦ Ἰνδοῦ φιλοσόφου, ὅτι, ῥίψας ἑαυτὸν εἰς πυρὰν νενημένην, ἀπέθανε, φησὶν ὅτι καὶ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ διέθηκεν Ἀλέξανδρος γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ μουσικὸν ἐγκωμίων. «Ἔθηκε δὲ, φησὶ, καὶ διὰ τὴν φιλοινίαν τῶν Ἰνδῶν καὶ ἀκρατοποσίας ἀγῶνα. Καὶ ἦν ἆθλον τῷ μὲν πρώτῳ τάλαντον, τῷ δὲ δευτέρῳ*

τριάκοντα μναῖ, καὶ τῷ τρίτῳ δέκα. Τῶν οὖν πιόντων τὸν οἶνον παραχρῆμα μὲν ἐτελεύτησαν ὑπὸ τοῦ ψύχους τριάκοντα καὶ πέντε· μικρὸν δὲ διαλιπόντες ἐν ταῖς σκηναῖς ἕξ. Ὁ δὲ πλεῖστον πιὼν καὶ νικήσας ἔπιε μὲν ἀκράτου χόας τέσσαρας, καὶ τὸ τάλαντον ἔλαβεν, ἐβίωσε δὲ ἡμέρας τέσσαρας, ἐκαλεῖτο δὲ Πρόμαχος.

Plutarch. *Vit. Alex.* LXX. *Ὁ Ἀλέξανδρος ἀπὸ τῆς πυρᾶς γενόμενος, καὶ συναγαγὼν πολλοὺς τῶν φίλων καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐπὶ δεῖπνον, ἀγῶνα προὔθηκε καὶ στέφανον ἀκρατοποσίας. Ὁ μὲν οὖν πλεῖστον πιὼν, Πρόμαχος, ἄχρι χοῶν τεσσάρων προῆλθε· καὶ λαβὼν τὸ νικητήριον, στέφανον ταλάντου, ἡμέρας τρεῖς ἐπέζησε. Τῶν δὲ ἄλλων, ὡς Χάρης φησὶν, τετταράκοντα καὶ εἷς ἀπέθανον πίνοντες, ἰσχυροῦ τῇ μέθῃ κρύους ἐπιγενομένου.*

Athenaei loco Schweighaeuserus ex uno codice jure vindicasse videtur vocem *νενημένην*, quae, quamquam ab Epitomatore omissa est salvaque sententia potest omitti, saepius tamen cum vocabulo *πυρὰ* conjungitur, ut ap. Herod. I. 50 et de Calani rogo ap. Arrian. VII. 3. 2. Mirum vero est, quod deinceps apud Athenaeum Alexander instituisse dicitur *γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ μουσικὸν ἐγκωμίων*, quae postrema vox, ut jam animadvertit Casaubonus, praeter aliorum consuetudinem adjecta est. Ut nunc legitur locus, ita tantum musicum *encomiorum* certamen explicari posse videtur, ut Macedones, praemio proposito, in Calani laudibus praedicandis inter se certasse putemus; quae tamen explicatio vereor an satis placeat. Quid Arriano laudando voluerit Schweighaeuserus, non assequor. Is enim VII. 14. 10 (cf. III. 1. 4, 5. 2, 6. 1.) *ἀγῶνα γυμνικόν τε καὶ μουσικὸν* memorat, quum pro musico certamine modo *λαμπαδηδρομίαν* habitam narret (II. 24. 6, III. 16. 9.), quam tamen alibi (II. 5. 3.) illi conjungit, modo *ἱππικὸν ἀγῶνα* (V. 3. 6, 8. 3, 20. 1, 29. 2.); sed *ἀγῶνος μουσικοῦ ἐγκωμίων* nulla usquam apud illum exstat memoria. Ejusdem apud Plutarchum quoque vestigium haud inveneris, qui *Vit. Alex.* IV inter musica certamina, quae Alexander edere consueverat, recenset *ἀγῶνας οὐ μόνον τραγῳδῶν καὶ αὐλητῶν καὶ κιθαρῳδῶν, ἀλλὰ καὶ ῥαψῳδῶν.* Hinc igitur ut nihil praesidii paratur ad vocem

ἐγκωμίων in fragmento Charetis tuendam, ita neque Aeliani silentio commendatur, qui *V. H.* II. 41: *Ἀγῶνα*, inquit, *μουσικῆς καὶ ἱππικῶν καὶ ἀθλητῶν διέθηκε.* Apud Athenaeum vitium haud dubie latet in voce *ἐγκωμίων*, quod ne sic quidem commode sanabis, si *κῶμον* cogitans *ἐγκώμιον* rescribi jusseris. Probabilius fortasse *ἐγχώριον* restitues, quod vocabulum etiam dispicias velim an, mutata sede, referas ad *ἀκρατοποσίας ἀγῶνα*, ita ut expuncta vocula *καὶ*, quae utique abundat, scripserit Chares: *Ἔθηκε δὲ καὶ διὰ τὴν φιλοινίαν τῶν Ἰνδῶν ἐγχώριον ἀκρατοποσίας ἀγῶνα.* Calani memoriam digne celebraturus, Alexander de more suo edidit *γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ μουσικόν.* At totus ille Calani exitus ut festum erat vere Indicum, ita in Indorum gratiam inque majorem feriarum, quas agebant, splendorem novum quidem Macedonibus, sed illis usitatissimum instituit *ἀκρατοποσίας* certamen, ipsi Calani voluntati obsecutus, ut qui Macedones invitaverat, *τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡδέως γενέσθαι, καὶ μεθυσθῆναι μετὰ τοῦ βασιλέως.* Vid. Plutarch. l. l. LXIX. Nec denegat meae conjecturae patrocinium suum Aelianus, quum l. l. sic pergat: *Χαριζόμενος δὲ τοῖς Ἰνδοῖς, καί τι ἐπιχώριον αὐτῶν ἀγώνισμα εἰς τιμὴν τοῦ Καλάνου συγκατηρίθμησε τοῖς ἄθλοις τοῖς προειρημένοις.* Nam quod *ἐπιχώριον ἀγώνισμα* dicit, non *ἐγχώριον*, id quidem in promiscuo horum verborum usu neminem offendet. Sic v. c. Aeginetarum Heraea designans Pindarus *Pyth.* VIII. 80 *ἀγῶνα ἐπιχώριον*, contra Doloncos notans, vestitum gestantes in hac gente non usitatum, *ἐσθῆτα οὐκ ἐγχωρίην* Herodotus scripsit VI. 35.

Ceterum de praemiis, victoribus constitutis, convenit inter Athenaeum et Aelianum, quorum si vel alterutrum inspexisset Reiskius, apud Plutarchum Promachi praemium ad *trecenta* talenta augeri non jussisset. Conjecit enim scribendum esse: *τὸ νικητήριον, στέφανον τ' ταλάντων*, quum ederetur *νικητήριον στέφανον τάλαντον*, in quibus tantum articulum *τὸν* ante *νικητήριον* desiderari censuit Plehnius *Lesbiac.* p. 210. Videtur vero e Plutarcho Athenaeus corrigendus, cui primus Schweighaeuserus ex ambobus suis codicibus reddidit, quae a ceteris aberant, haec octo verba: *καὶ τὸ τάλαντον ἔλαβεν,*

ἐβίωσε δὲ ἡμέρας τέσσαρας. Postrema vox haud dubito, quin a *χοὰς* manaverit ad *ἡμέρας* atque ex loco Plutarchi, pariter Charetem laudantis, mutandum sit in *τρεῖς*. Nec latet quemquam, quam facile in iisdem illis verbis *ἐβίωσε* ex *ἐπεβίωσε* oriri potuerit, pro quo apud Plutarchum *ἐπέζησε* scriptum exstat. Sic etiam, ut e multis exemplis hoc uno utar, Demosthenes in *Orat. adv. Spud.* p. 1033 ed. Reisk.: *ἐπιβιοῦντος μετὰ ταῦτα τοῦ Πολυεύκτου πλέον ἢ πένθ' ἡμέρας.*

XVII.

E LIBRO X.

Athen. XII p. 538 B—539 A. *Χάρης ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστοριῶν· «Ὅτε, φησὶν, εἷλε Δαρεῖον, γάμους συνετέλεσεν ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων φίλων, ἐνενήκοντα καὶ δύο θαλάμους κατασκευασάμενος ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. Ἦν δὲ ὁ οἶκος ἑκατοντάκλινος, ἐν ᾧ ἑκάστη ἦν κλίνη κεκοσμημένη στολῇ γαμικῇ εἴκοσι μνῶν ἀργυρᾶ· ἡ δὲ αὐτοῦ χρυσόπους ἦν. Συμπαρέλαβε δὲ εἰς τὸ συμπόσιον καὶ τοὺς ἰδιοξένους ἅπαντας, καὶ κατέκλινεν ἀντιπροσώπους ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις νυμφίοις· τήν τε λοιπὴν δύναμιν, πεζήν τε καὶ ναυτικὴν, καὶ τὰς πρεσβείας καὶ τοὺς παρεπιδημοῦντας ἐν τῇ αὐλῇ. Κατεσκεύαστο δὲ ὁ οἶκος πολυτελῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς, ἱματίοις τε καὶ ὀθονίοις πολυτελέσιν, ὑπὸ δὲ ταῦτα πορφυροῖς καὶ φοινικοῖς χρυσοϋφέσι. Τοῦ δὲ μένειν τὴν σκηνὴν ὑπέκειντο κίονες εἰκοσαπήχεις περίχρυσοι καὶ διάλιθοι καὶ περιάργυροι. Περιεβέβλητο δ' ἐν τῷ περιβόλῳ πολυτελεῖς αὐλαῖαι ζωωτοὶ καὶ διάχρυσοι, κανόνας ἔχουσαι περιχρύσους καὶ περιαργύρους. Τῆς δὲ αὐλῆς ἦν τὸ περίμετρον στάδιοι τέσσαρες. Ἐγίνετο δὲ τὰ δεῖπνα πρὸς σάλπιγγα, τότε μὲν ἐν τοῖς γάμοις, καὶ ἄλλως δ' ἀεὶ, ὅτι τύχοι σπονδοποιούμενος, ὥστε πᾶν εἰδέναι τὸ στρατόπεδον. Ἐπὶ πέντε δὲ ἡμέρας ἐπετελέσθησαν οἱ γάμοι, καὶ ἐλειτούργησαν πάνυ πολλοὶ καὶ βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων, καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς. Θαυματοποιοὶ δὲ ἦσαν διαπρέποντες Σκύμνος Ταραντῖνος, καὶ Φιλιστίδης Συρακόσιος, Ἡράκλειτός τε ὁ Μιτιληναῖος, μεθ' οὓς ἐπεδείξατο ῥαψῳδὸς Ἄλεξις Ταραντῖνος. Παρῆλθον δὲ καὶ ψιλοκιθαρισταὶ, Κρατῖνος Μηθυμναῖος, Ἀριστώνυμος Ἀθηναῖος, Ἀθηνόδωρος Τήϊος· ἐκιθα-*

ρῳδήσάν τε Ἡράκλειτός τε ὁ Ταραντῖνος καὶ Ἀριστοκράτης ὁ Θηβαῖος. Αὐλῳδοὶ δὲ παρῆλθον Διονύσιος ὁ Ἡρακλεώτης, Ὑπέρβολος Κυζικηνός· παρῆλθον δὲ καὶ αὐληταὶ, οἳ πρῶτον τὸ Πυθικὸν ηὔλησαν, εἶθ᾽ ἑξῆς μετὰ τῶν χορῶν Τιμόθεος, Φρύνιχος, Καφισίας, Διόφαντος, ἔτι δὲ Εὔϊος ὁ Χαλκιδεύς. Καὶ ἔκτοτε οἱ πρότερον καλούμενοι Διονυσοκόλακες Ἀλεξανδροκόλακες ἐκλήθησαν, διὰ τὰς τῶν δώρων ὑπερβολὰς, ἐφ᾽ οἷς καὶ ἥσθη ὁ Ἀλέξανδρος. Ὑπεκρίθησαν δὲ τραγῳδοὶ μὲν Θεσσαλὸς καὶ Ἀθηνόδωρος καὶ Ἀριστόκριτος, κωμῳδοὶ δὲ Λύκων καὶ Φορμίων καὶ Ἀρίστων. Παρῆν δὲ καὶ Φασίμηλος ὁ ψάλτης. Οἱ δὲ πεμφθέντες, φησὶ, στέφανοι ὑπὸ τῶν πρεσβευτῶν καὶ τῶν λοιπῶν ταλάντων ἦσαν μυρίων πεντακισχιλίων.»

Huic fragmento quum insint plura, quae paulo diligentius videntur examinanda, de singulis seorsum dispicere juvat.

ὅτε εἷλε Δαρεῖον. Eadem verba servavit Aelianus, qui Athenaeum tacite compilavit, *V. H.* VIII. 7. *Ἀνεῖλε* malebat Schweighaeuserus, quod quam falsum sit, omnium ante oculos positum est. Rectius *καθεῖλε* conjecisset; sed mutatione haudquaquam opus. *Αἱρεῖν debellandi* sensu usurpatum fuisse, vel Xenophon docet *Hell.* III. 5. 1. Sic *ὁπότε ἕλοι Πέρσας* apud Arrian. VI. 29. 9 (Fragm. Aristob. XLV p. 115.) nihil aliud denotat, nisi *quum Persas devicisset.* Sic *Δαρεῖος ᾑρημένος* dicitur ap. Aelian. l. l. III. 23, ubi alia exempla exhibet Perizonius. Quandoquidem vero Darius jam m. Julio a. 330 superatus nec rationi satis consentaneum est, Charetem ab illius interitu ea etiam computasse, quae sexennio fere post acciderint; — nam a. 324 demum in Susorum urbe nuptias illas celebratas fuisse constat — de mea quidem sententia totum illud additamentum non Charetem redolet, sed qui Charetis narrationem descripsit, Athenaeum.

ἐνενήκοντα καὶ δύο. De numero discrepant. Arrianus VII. 4. 6 numerat *τὰς δοκιμωτάτας Περσῶν τε καὶ Μήδων παῖδας ἐς ὀγδοήκοντα*, quibus si addideris ipsius Alexandri et principum ducum sponsas, Hephaestionis, Crateri, Perdiccae, Ptolemaei, Eumenis, Nearchi et Seleuci, habebis *duodenonaginta.* Aelianus autem: *Ἐνενήκοντα δὲ*, inquit, *ἦσαν οἱ γαμοῦντες, καὶ ἰσάριθμοι τούτοις οἱ θάλαμοι.* Quae nisi de more ipse negligenter ex Athenaeo in suum scriptum transtulisse videatur,

reposcunt a librariis omissum post copulam δὲ numerale δύο. Plutarchus *Orat. de Alex.* I. 7 ἑκατὸν fuisse refert; sed is rhetorem agit.

ἦν δὲ ὁ οἶκος. De loco convivii, σκηνῇ χρυσορόφῳ dicto a Plutarcho, conf. Phylarchi fragmentum ap. Athen. l. l. p. 539 D, quem idem aedificium cogitasse recte effecit Droysen. p. 496. Aelianus, paucis mutatis, omissis aliis, Athenaeum satis presse sequitur.

ἐγένετο δὲ τὰ δεῖπνα πρὸς σάλπιγγα. Aelianus: *Καὶ ἐγένετο τὰ δεῖπνα προσαλπιστά*, quod vocabulum tanquam elegantis significationis tuitus est Perizonius; sed non persuadet. Omnino tam certa sunt in Aeliano imitationis indicia, ut inauditum verbum h. l. admitti non oporteat. Quid? quod scribendum fuisset *πρόσσαλπιστα.* Tu vero restitue ex Athenaeo: *πρὸς σάλπιγγα.* Ceterum a Plutarcho inducitur Alexander, *αὐτὸς ἐστεφανωμένος, πρῶτος ἀναμέλπων τὸν ὑμέναιον, ὥσπερ φιλοτήσιον ἐπᾴδων μέλος.* Alia de hoc festo legas ap. Arrian. l. l. 7 sqq., alia rursus ap. Plutarch. *Vit. Alex.* LXX, e quo fonte deducta sunt quae narrat Zonaras *Annal.* IV. 14.

θαυματοποιοὶ δέ. Particulam δὲ jure retinuit Schweighaeuserus, quamquam ignoratur ambobus, quos contulit, libris mss. Eandem, opinor, jam reperit omissam Aelianus; unde prae negligentia mire falsus, spreta majore distinctione post Ἰνδικῆς, uno legit tenore: *Καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς θαυματοποιοὶ ἦσαν διαπρέποντες*, quae verbotenus fere reddidit, addens quibus commendaret *Indicos* illos circulatores: *καὶ ἔδοξαν δὲ αὐτοὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων τῶν ἀλλαχόθεν.* Iidem ἔνδοξοι παρ' Ἀλεξάνδρῳ θαυματοποιοὶ iterum recensentur ap. Athen. I p. 20 A, e quo hausit Eustathius ad *Odyss.* Δ p. 1503.

ψιλοκιθαρισταί. Horum *Aristonymus* tanquam griphorum artifex peritissimus memoratur ab Athenaeo X p. 452 F, quem cum Aristonymo comoedo, Aristophanis aequali, confudit Harles. ad Fabric. *B. G.* II p. 288, ut jam animadvertit Meinekius *Hist. crit. com. Graec.* p. 198.

αὐληταί. Qui primus nominatur *Timotheus*, eum non esse celebrem illum Milesium, Thersandri filium, manifestum est. Hic enim, Euripidis jam aequalis, in Macedonia obiit tempore Philippi a. 357. Vid. Bode *Gesch. d. Hell. Dichtk.* II. 2 p.

305, 324 sq., 331, ubi inter Milesium citharoedum et qui apud Alexandrum degit tibicinem Timotheum bene distinguit. Quo magis mirum videtur, quod eundem Virum Celeb. l. l. I. 2 p. 107 in errorem incidisse ipsum legimus, a quo alibi cavendum esse monet. Timotheus vero ille, qui Alexandrum comitatus est, Thebas habuit patriam, Harmonidis tibicinis praeceptor clarissimus, ut in dialogo, hujus nomine inscripto, testis est Lucianus. — Pro Φρύνιχος Leopardus *Emend.* IX. 21 Φρῦνις legendum esse censuit, illum intelligens, cujus Suidas meminit (v. Φρῦνις κιθαρῳδός III p. 636), Mytilenaeum; quam gravi errore, vel ex eo palam est, quod is laudatur ab Aristophane *Nubb.* 971, ubi Scholiastes, qui Suidae fons fuít, docet illum νικῆσαι Παναθήναιους ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος i. e. Ol. LXXXI. 1. — *Caphisiae* nomen, de quo tibicine cf. Wyttenb. *Animadv.* ad Plutarch. *Apophth.* II p. 1083 sq., antea scribebatur Σκαφισίας, iterata praecedentis nominis σ litera. Καφησίας, receptum a Schweighaeusero, proposuit Leopardus; Καφείσιας est ubivis ap. Plutarch. in libello *de gen. Socrat.*; sed Καφισίας, ut nunc etiam pro Καφησίας ap. Diog. Laërt. VII. 2. 1 editur, utque legebatur apud Plutarch. *Vit. Pyrrh.* VIII ante Baehrium, qui mutavit in Καφησίας, unice vera videtur scriptura, probata Inscriptione Boeckh. I. 1582, et reponenda pro Καφείσιος ap. Plutarch. *Apophth. Reg.* VIII p. 111 (ed. Hutten.), pro Καφησίας ap. Athen. XIV p. 629 A. — Tandem de *Evio* tibicine conferri potest Plutarch. l. l. p. 103 et *Vit. Eum.* II.

Διονυσοκόλακες. Quid huic nomini ansam dederit, explicat Theophrastus ap. Athen. X p. 435 E. Cf. Casaub. ad VI p. 249 F. Opportune autem monet Schweighaeuserus, haec omnia inde a καὶ ἔκτοτε commodius differri ad finem fragmenti post πεντακισχιλίων.

τραγῳδοί. De *Thessalo* et *Athenodoro*, aemulis acerrimis, legendus est Plutarchus *Vit. Alex.* XXIX et *Orat. de Alex.* II. 2, atque de illo etiam *Vit. Alex.* X.

κωμῳδοί. *Lyconem* τὸν Σκαρφέα novimus ex iisdem Plutarchi locis. Ab eo fabulam *Lyconem* inscripsisse videtur Antiphanes, ut conjicit Meinekius, quem vide l. l. p. 327. — *Phormio*

ille an idem fuerit ac parasitus Seleuci, cujus meminit Athenaeus VI p. 244 F, coll. Meinekio p. 466, non liquet.

XVIII.

EX EODEM LIBRO.

Athen. XIII p. 575 A—F. *Χάρης ὁ Μυτιληναῖος ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Ἱστοριῶν τῶν περὶ Ἀλέξανδρόν φησιν, ὀνείρατι θεασαμένους τινάς, οὓς μὴ πρότερον εἶδον, ἐρασθῆναι αὐτῶν. Γράφει δὲ οὕτως· «Ὑστάσπῃ νεώτερος ἦν ἀδελφὸς Ζαριάδρης, περὶ ὧν λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι, ὅτι ἐξ Ἀφροδίτης καὶ Ἀδώνιδος ἐγεννήθησαν. Ἐκυρίευσε δὲ ὁ μὲν Ὑστάσπης Μηδίας καὶ τῆς ὑποκάτω χώρας, ὁ δὲ Ζαριάδρης τῶν ὑπεράνω Κασπίων πυλῶν μέχρι τοῦ Ταναΐδος. Τῶν δὲ ἐπέκεινα τοῦ Ταναΐδος Ὁμάρτῃ βασιλεῖ Μαραθῶν θυγάτηρ ἦν, ὄνομα Ὀδάτις· περὶ ἧς ἐν ταῖς ἱστορίαις γέγραπται, ὡς ἄρα κατὰ τὸν ὕπνον ἰδοῦσα τὸν Ζαριάδρην ἐρασθείη, τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο κἀκείνῳ πάθος συμπεσεῖν πρὸς αὐτήν. Διετέλουν γοῦν ἀλλήλων ἐπιθυμοῦντες διὰ τὴν κατὰ τὸν ὕπνον φαντασίαν. Ἦν δὲ ἡ Ὀδάτις καλλίστη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν γυναικῶν, καὶ ὁ Ζαριάδρης δὲ ἦν καλός. Πέμποντος οὖν τοῦ Ζαριάδρου πρὸς τὸν Ὁμάρτην καὶ φιλοτιμουμένου γῆμαι τὴν ἄνθρωπον, οὐ συνετίθετο ὁ Ὁμάρτης διὰ τὸ εἶναι ἀῤῥένων παίδων ἔρημος· ἤθελε γὰρ αὐτὴν δοῦναι ἑνὶ τῶν περὶ αὐτὸν οἰκείων. Καὶ μετ᾽ οὐ πολὺν χρόνον ὁ Ὁμάρτης, συναγαγὼν τοὺς ἐκ τῆς βασιλείας δυνάστας καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς, ἐποιεῖτο τοὺς γάμους, οὐ προειπών, ὅτῳ μέλλοι διδόναι τὴν θυγατέρα. Ἀκμαζούσης οὖν τῆς μέθης, εἰσκαλέσας τὴν Ὀδάτιν ὁ πατὴρ εἰς τὸ συμπόσιον εἶπεν, ἀκουόντων τῶν συνδείπνων· «Ἡμεῖς, ὦ θύγατερ Ὀδάτι, νῦν ποιούμεθα τοὺς σοὺς γάμους. Περιβλέψασα οὖν καὶ θεωρήσασα πάντας, λαβοῦσα χρυσῆν φιάλην καὶ πληρώσασα, δὸς ᾧ θέλεις γαμηθῆναι· τούτου γὰρ κεκλήσῃ γυνή.» Κἀκείνη περιβλέψασα πάντας ἀπῄει δακρύουσα, ποθοῦσα τὸν Ζαριάδρην ἰδεῖν· ἐπεστάλκει γὰρ αὐτῷ, ὅτι μέλλουσιν οἱ γάμοι συντελεῖσθαι. Ὁ δὲ στρατοπεδεύων ἐπὶ τοῦ Ταναΐδος, καὶ διαλαθὼν τὴν στρατοπεδείαν, διέβη μετὰ μόνου τοῦ ἁρματηλάτου, καὶ νυκτὸς ὁρμήσας ἐπὶ τοῦ ἅρματος διῆλθε διὰ τῆς πόλεως, διώξας περὶ τοὺς ὀκτακοσίους σταδίους. Πλησίον δὲ τῆς κώμης γενόμενος, ἐν ᾗ τοὺς γάμους συνετέλουν, καὶ κα-*

ταλιπὼν ἔν τινι τόπῳ αὐτῷ ἅρματι τὸν ἁρματηλάτην, προῆγεν ἐνδεδυκὼς στολὴν Σκυθικήν. Καὶ παρελθὼν εἰς τὴν αὐλὴν, καὶ ἰδὼν τὴν Ὀδάτιν ἑστηκυῖαν πρὸ τοῦ κυλικείου καὶ δακρύουσαν, κιρνῶσάν τε βραδέως τὴν φιάλην, εἶπε πλησίον στὰς παρ᾽ αὐτήν· «Ὦ Ὀδάτι, πάρειμι δή σοι, καθάπερ ἠξίωσας, ἐγὼ Ζαριάδρης.» Ἡ δὲ, κατανοήσασα ξένον ἄνδρα καὶ καλὸν καὶ ὅμοιον τῷ κατὰ τὸν ὕπνον ἑωραμένῳ, περιχαρὴς γενομένη, δίδωσιν αὐτῷ τὴν φιάλην· καὶ ὃς ἁρπάσας αὐτὴν ἀπήγαγεν ἐπὶ τὸ ἅρμα, καὶ ἔφυγεν ἔχων τὴν Ὀδάτιν. Οἱ δὲ παῖδες καὶ αἱ θεράπαιναι συνειδυῖαι τὸν ἔρωτα, κατεσιώπησαν, καὶ κελεύοντος τοῦ πατρὸς καλεῖν, οὐκ ἔφασαν εἰδέναι ὅπου πεπόρευται.

Μνημονεύεται δὲ ὁ ἔρως οὗτος παρὰ τοῖς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσι βαρβάροις, καὶ περισσῶς ἐστὶ ζηλωτὸς, καὶ τὸν μῦθον τοῦτον ζωγραφοῦσιν ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς βασιλείοις, ἔτι δὲ ταῖς ἰδιωτικαῖς οἰκίαις· καὶ ταῖς ἑαυτῶν θυγατράσιν οἱ πολλοὶ τῶν δυναστῶν ὄνομα τίθενται Ὀδάτιν.»

Ad ea, quae ad hunc locum annotarunt Casaubonus et Schweighaeuserus, nihil magnopere est quod addam. Tantum de ipso *μύθῳ*, quem supra attigi p. 141, laudabo Droyseni sententiam, ita dicentis p. 281: *Die schöne Liebesgeschichte von Zariadres und Odatis anlangend, verweise ich auf die Sage von Gustasp und Kattyun bei Malcolm, Geschichte Persiens, übersetzt von Spazier* I *p.* 44; *die Geschichte und der Name Zari-adres gehört der Gegend von Sara, Zadracarta* (*s. o. p.* 265) *oder Ζάρις* (Ctesias ap. Phot. 43 a 30.) *an.*» *Ζαριάδρης* an *Ζαρίαδρις* scribendum sit, exploratum non habeo. Huic scripturae favet Strabo XI p. 804 B, *Ζαριάδριος* memor, Armeniae Regis, cujus filium Sophenum Artanem oppressit Tigranes.

XIX.

Athen. VII p. 277 A. *Χάρης ὁ Μυτιληναῖος ἱστορεῖ, ὡς κάλλιστα μῆλα εὑρὼν ὁ Ἀλέξανδρος περὶ τὴν Βαβυλωνίαν χώραν, τούτων τε πληρώσας τὰ σκάφη, μηλομαχίαν ἀπὸ τῶν νεῶν ἐποιήσατο, ὡς τὴν θέαν ἡδίστην γενέσθαι.*

II.

INDEX FRAGMENTORUM.

(*Literae* A. *Aristobuli*, C. *Charetis*, P. *Ptolemaei fragmenta indicant; adjecti numeri ordinem, quo in hac commentatione leguntur.*)

III.

INDEX RERUM.

ERRATA.

p.	3	v.	antep.	pro in	l. in-
»	6	»	14	» *Κλεαδάτους*	» *Κλεοδάτους*
»	12	»	32	» 10	» 11
»	18	»	ult	» is	» si
»	19	»	34	post 111 interpone et Theocr. *Id.* V. 21.	
»	29	»	ult.	» *τὴ*	l. *τὴν*
»	33	»	penult.	» *χάριτ,*	» *χάριτι*
»	44	»	antep.	» XII	» XXII
»	58	»	12	» enim contenta fuerit. Ut.	l. contenta fuerit. Ut enim
»	76	»	19	» *ὦ*	l. *ὢ*
»	82	»	antep.	» , *καὶ*	» . *Καὶ*
»	87	»	27	post intelligantur	» rectius
»	89	»	1	pro *αλλα*	» *ἄλλα*
»	»	»	4	» *Ἀριον*	» *Ἄριον*
»	101	»	1	» *εωαι*	» *εἶναι*
»	108	»	32	» veredicentior	» veri amantior
»	110	»	18	» 64	» 44
»	111	»	13	» *πληνῇ*	» *πληγῇ*
»	117	»	28	» *στέγην*	» *στενὴν*
»	128	»	10	» erit qui nemo	» nemo erit qui
»	152	»	12	» *πῦ ρκαίουσι*	» *πῦρ καίουσι*
	»		18	» paedogogi	» paedagogi
»	154	»	15	» conferri, quae — jussit	l. conferri jussit, quae —
»	160	»	5sq.	» *quae similia*	» quae similia

Ceterum negligentia typothetarum saepissime tum in aliis tum vero maxime in accentibus peccatum esse, sat scio. Quae quidem leviora vitia facili opera emendabit Lector.

80. —.

Digitized by Google